

ingrans, statimque in cellaria sponsi sui introduc-
ta fuit, intrans que cum illo ad nuptias accepit co-
nam, quam ei paraverat Dñus in æternum: un-
de miraculis coruscant in S. Virginum numerum
a Clemente X. relata est.

S. O! vera Christi spon-

Rosa, unica ex millibus electa, deliciis affluēs, Cant: 8.
cum innixa super dilectum! à te, felix America, in-
cuncta, cum multi congregent sibi divitias, tu supergres-
sa es universas; felicius Peruanum Regnum, quod
speciali Patrocinio protegis; Lima Regum Civi-
tas felicissima, quam & tuo ortu & tuis virtutibus
illustrasti, ac suavissimo Sanchitatis tuæ odore re-
vibrasti; Tu America gemmas pretiosissimas, aurū
purissimum, thesauros innumeros longe superas
vilitate, raritate, & valore; tuæ Virginitatis
odore Virginibus exemplum; purpureo & ru-
bundo patientiæ tuæ decore omnibus portentum
existi. unde & beatissimam dixerunt & ipsæ Regi- Cant: 6.
la laudaverunt te; Nos quoque te selectissimam
Christi sponsam predicamus, America nostra Pro-
prietatem potentissimam, & virtutum omnium per-
tiosissimum exemplar; oramus que, ut in odorem
sanctitatis tuæ currentes, ac tuo fidentes patrocinio
ab omni adversitate custodias, & ab omni peccatorū

es ad
illas
etate
tus
libus
ctionis
is vul-
tantia
cui pos-
a S. Ma-
re pro-
apost-
cam pe-
casin-
olatio-
stare
ibus:
rginū
xime
erunt
vne ha-
at: Un-
matris
dicit
epis, ve-
pnam

294. sorde Liberari impetres, ut Christi sponsi huius
bonus odor effecti, ad eas quas beati cele-
bravit nuptias parati pervenire merea-
mur. Amen

Die XIV. Septembris
in Festo Exaltationis Sanctæ Crucis

Thema: Nunc princeps huius mundi ejicietur
foras, Joan: 12.

Scopus: Lignum & Signum Crucis contra omnes
Demonum insidias fortissimum & effica-
cissimum munimentum

1. Diabolum Mundi principem, ac impiorum om-
nium patrem appellari, est in Sacris litteris fran-
tissimum: quod ipse dominium sibi usurpabat
Matth: 4. Ostendens Christo omnia regna mundi &
gloriam eorum, dixit ei: hæc omnia tibi dabo, si
cadens adoraveris me, vel ut lucæ 4. dicebat: Tibi
dabo potestatem hanc universam. quia mihi tradi-
ta sunt, & cui volo do illa: sic job: 41. dicitur:
Rex est per universos filios superbiæ, & Joan: 8. Chri-
stus dixit impiis: Vos ex patre diabolo estis, Joan:
item cap: 14. & c. 16. princeps huius mundi voca-
tur. ad Ephes: 2. Princeps potestatis aeris huius &
c. 6. Rectores mundi tenebrarum harum, mundi-
pant

panhir; Hi autem, qui semper student perditioni
hominum, ut pote callidissimi (Gen: 3. Serpens erat
callidior cunctis animantibus) astutas undique pa-
rat insidias, homines illaqueare volentes: quare
nos monet S. Petrus: Ep: 1. c. 5. his verbis: Fratres vigi-
late, quia adversarius vester diabolus tanquam leo
rugiens circumit quærens quem devoret, cui resistite
fortes in fide. Sed contra hoc diaboli imperium e-
tasque omnes astutas arma fortissima nobis reli-
quit Salvator noster Iesus Christus in Signo & Sig-
no Sanctissima sua Crucis, quæ fortissimus viciten,
universa arma ejus abstrulit in quibus confidebat,
que eripuit de potestate tenebrarum per sangui-
nem ejus: arma verò Dæmonis sunt ipsamet con-
cupiscentia nostræ (unusquisque tentatur a concu-
piscencia sua. Jacob: 1.) quibus nos tentando cruen-
tum bellum suscitatur; vel sub formis visibilibus
per se ipsum terrefaciendo ad quos terrores de-
tonandos & devincendas tentationes nobis hodie
Crucis lignum proponitur & Signum Dæmonibus
inexpugnabile munimentum, ut in sequentibus
monstrabimus.

Luc: 11.

Coloss: 1.

2. Sicut hodierna die Impera-
tor Heraclius victor a persis Sacratissimum Cru-
cis Christi lignum triumphans recuperavit &
in pristinum Calvarie locum devotè collocavit,

293. (ut in hujus Festi narratur Historia in Provincia
Rom: hac die) ipse que copiis & viribus inferior
de potentissimo Persarum Rege per S. Crucis vir-
tutem Victoriam insignem reportavit; sic nos
alias debiles & infirmi in hujus Sacri ligni vir-
tute gloriosas referemus de fortissimo martire
hujus principe victorias. de quo in primis adia-
mus S. Chrysostomum qui orat: de Ador: Crucis sic
ait: Militem suum Rex cælorum armavit, non
dedit scutum, non galeam, non arcum, non thura-
cem nec aliud quid de genere armorum; sed
quod his omnibus firmitus & valentius est, pre-
sidium a Cruce & symbolum victoriae. Crux
quo Christi principatus est juxta illud isa: 9. Factus
est principatus super humerum ejus, & potentissi-
ma contra superbos demones ex cap: 60. Penam
te in superbiam sæculorum, & S. Cyprianus tract.
de Pass: Dñi dicit: Ascendisti Dñe in palmam, quia
illud Crucis huc lignum portendebat triumphum
Lignum afferens fructus duodecim, ut Apoc: 12. &
S. Joan: Damascenus L. 4. c. 12. Crux est clypeus
inquit, & armatura, & trophæum contra diabolum,
signaculum ne tangat nos eversor, anima conser-
vatio, omnium malorum aversio, lignum vite
Chrysost: Hom: 4. de Cruce & latrone: Crux est, ait,
adversus demones triumphus, devictio diaboli, per-
cussio

Abanhum portis, obsessorum murus, Quae omnia
 abunde experti sunt, qui vel minimam particulam
 Crucis apud se gestant: An miracula & prodi-
 gia Crucis nescitis? Dicebat S. Chrysost: hom: 21. ad pop:
 dicit Ecclesia: Ecce Crucem Dñi: fugite partes ad
 versa, vicit Leo de tribu iuda, ut serpens seu diabo-
 lus, qui in ligno a primo homine hucusque vicerat,
 in ligno quoque per Christum hominem vincere-
 rit sic que regnaret a ligno Deus, = Quia tamen
 omnes de reali illo Redemphionis nostrae ligno
 veras habent particulas & reliquias, eodem modo
 virtutes & virtutes in Crucis ipsius signo demerabi-
 liter

3. Nunc princeps huius mundi ejicietur fo-
 & quidem signo Crucis: Sed nec inimicum & dia-
 bolum timebit (inquit Tho: à Kemp: L. 2. c. 12.) si fueris fi-
 deliter armatus & Cruce Christi signatus, & apud omnes spi-
 rituales vita Magistros efficacissimum remedium est
 ad prava omnes animi motus averteudos se signo
 Crucis munire. Unde sic ait Ignatius Episc: ad Phi-
 lip: Crucis signum trophaum est contra Principis
 mundi virtutes, quod videns expavescit & audiens
 timet, S. Ephrem. Serm: de Cruce sic habet: Hoc sig-
 no conspecto, cuncta mox adversaria, potestates decli-
 nant atque recedunt, O! admirabilis potentia Crucis!
 exclamat S. Leo ser: 8. de Pass: Dñi. Quare nos mo-
 net

evic-
 erior,
 s vir-
 ic nos
 mi vir-
 nardis
 is adde-
 uis sic
 vit, non
 n hama-
 i ad
 st, pre-
 Cruce
 Facto
 ferent
 3. non
 is trat-
 m, quia
 iphant
 : 12. &
 typus
 abolan,
 e consp-
 n vite
 it, at
 xi, por-
 tiant

295. net S. Marcialis epist. i. c. 8. Crucem Dñi semper in-
mente, in ore, in signo tenete, & Hieron: ad Euseb:
Ad omnem actum, ad omnem incesum, manus p[ro]nu-
Crucem, cujus virtute & signo (inquit Magnu[s] Ma-
gnasius de Incarnatione Verbi) omnia magica comp[er]-
cuntur, veneficia inefficacia sunt, &c. Multa per sig-
num S. Crucis patrata sunt omnis generis miracu-
la in bonum animarum & corporum (ut S. Leontius
Laurentius, qui per signum crucis cecos illuminavit;
S. Ioan: Evangeliste venenum detectum; alii plura
feras domarunt, terram, mare, & aera tranquilla-
runt; & mira alia, nisi eo signo, operati sunt) h[ic]
Libet aliqua huc facientia referre, vel potius pa-
cis insinuare exempla ad majorem dictorum con-
firmationem

4. Thomas Kempensis 3. parte Ser-
ad Novitios refert, quod Quidam, frater ex labore
fatigatus neglexerat ante cubitum se de more Crucis
signo munire; at postea tam graviter fuit a diabolo
perterritus in somno, ut p[ro]p[ter] timore clamaret alta vo-
ce, & expergefactus tremere cum ingenti shpore, et
pristinæ recordatus negligentie, haud morâ se Crucis
signavit, & illicò diabolus disparuit, ipseque deus
obdormiens in multa pace quievit. Nota satis
sunt, quæ de Cypriano mago, & iustina virgine
leguntur in Breviario Rom: ad 26. Septembris =

tradit Bollandus tom. 2. Feb: die 13. quod ut mundum
 pueret mundi que illecebras S. Martinianus Anachoreta
 in rupem evaderat in maris medio sitam. sed o grande
 malum demonis invidia! puellam e naufragio elapsam
 in eandem rupem, velut in portum, impulit. Quid hic vir
 ractus? rejicere, videbatur immanitatis; admittere, peri-
 culo plenum: quod advertens homo Dei, sic ad-
 lam: igni cum feno non bene convenit; adeo que nec te-
 rum mihi): dicit, & signo se munions Crucis, se se pro-
 iicit in mare; & ecce: O! Crucis prodigium! duo bel-
 liones ex imo maris in summum egressi eum dorso
 suo per undas, ventos que in litus exportant ac deponit
 eum a tentationum & maris ipsius procellis. =
 apud Orlandinum in Hist: Soc: L. 9. dicitur, apud ja-
 ones sacrosanctae Crucis insignia, etiam antequam
 Evangelium predicaretur, in magno honore fuisse
 et que passim a cujusdam ibi insule incolis in adit
 arum vestibus apposuisse. quod magnam ejus signi
 efficaciam cognovissent ad demonum formas, tetra mos-
 tra, & varia spectra e domibus figanda: = apud eundem
 Orland: L. 14. sic legitur: septuagesimum jam diem exer-
 cebatur a satana japon: & erat infelici faucibus ar-
 tate pressis, cibo & potui iter obstructum, unde certus ei
 miteritis; cum ecce porrectam a Christianis aquam sig-
 no Crucis lustratam hausit, & malum continuo demo-
 nem abegit: Alia plura passim invenire est apud

297. Auctores: quæ omnia maximam in nos excitare
debent erga Christi Crucem aut ejus imagines &
signa, devotionem, reverentiam, ac fiduciam, tunc
tionum maxime tempore; quo pacto hujus mundi
Principem ejiciemus foras, ut Deo Liberis
mentibus deserviamus

Die **XXI.** Septembris
in Festo S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ

Thema: Jesus ait illi sequere me; & surgens se-
cuhus est eum. Matth: 9.

Scopus: Christi vocationis vis, & Matthæi obedi-
tia ponderantur

t. Cum transiret inde Jesus (habet textus) vidit
hominem sedentem in telonio, Mattheum nomine
& ait illi: sequere me. & surgens secuhus est eum
Multa in hac vocatione circumstantiæ admirari
possunt, quas late & solito acumine examinat
S. Petrus Chrysologus Serm: 28, 29. & 30. ubi quæ-
quem, unde, quomodo, quò, & quando vocat expli-
cat. Jesus est qui vocat; Mattheum publicanus
vocat; de telonio & usuris vocat; suaviter sed
fortiter ac efficaciter vocat; ad Apostolatium & suo
imitationem vocat; tandemque opportune & con-
nienti tempore vocat. Quæ sivit aliquando He-
bas Cheremon apud Casianum Collat: 12. c. 12. loca

opera Dei miranda magis ? & respondit in hac ipsa
 verba: Quod majus esse potest prodigium, quam sub
 momento brevissimo, ex rapacissimis publicanis A-
 postolos fieri ? & ex persecutoribus truculentis Prae-
 dicatores Evangelii potentissimos reddi, ita ut eam,
 quam persequebantur fidem, etiam effusione sui san-
 guinis propagarent. Quod prodigium hodie cons-
 picendum nobis proponitur in S. Mattheo, cujus
 nos hic & Vocationis vim, & Obedientia prompti-
 tudinem ad Christum sequendum considerandam
 incipimus: Vocationis scilicet vim in repentina
 Mathei conversione, ac ipsius obedientiam in Apos-
 tolicis virtutibus constantiter exercendis, & perfecta
 Christi imitatione sectanda.

2. Sequere me. Tan-

ta istius a Christo brevissimae vocationis fuit effi-
 cacia, quanta olim fuerat duplicis illius voculae
 a Deo: Fiat Lux: gen: 1. nam sicut hic statim &
facta est lux, ita ad duo verba illa: sequere me il-
 lico Mattheus secutus est eum. Erat Mattheus Pu-
 blicanus, quem (ait cit: Chrysolog: serm: 28.) divi-
 tia sic cupiditatis publicabant magistrum, fornace
 avaritia sic proquebant, sic alligabant vinculis can-
 tionum, sacculorum ponderibus sic premebant, ut
 levare ad innocentiam, ad justitiam surgere, ad vir-
 tutem progredi non valeret. Vidit Christus hunc

299. hominem sedentem in telonio verè hominem scie-
tem, quia stare non poterat pondere cupiditatis
Chrysol. pressus, & ipsa prorsus conscientia fraudis incurvatus.
ser: 29. aurum quippe sua natura grave, gravius fit avari-
tia, & vehementius aggravat corda quam corpora.
Mattheus erat ille homo (nomine Matthæum) qui pro-
sus cupiditatis pondere surgere non valebat: eum
vidit Christus plus divinis quam humanis oculis:
idem: Ser: 28. Vidit illum Deus, ut ille videret Deum; vidit illum
Christus, ut ille pecunie latebras amplius non videret,
Dixit illi: sequere me, idest, depone pondera,
disrumpe vincula, solve laqueos, dimitte
usuras. Etenim Visus ille hominis, inquit Gregorius
L. 8. Moral: c. 8., est misericordiae redemptionis,
qua insensibilitatis nostrae duritiam, cum respicit,
emollit, quare Tant: 1. Oculi hui (ò Christe) oculi columbarum
& miserationis symbolum. Vix ergo Christus Mat-
thæum vidit, & vocavit: sequere me, cum huius
vocationis repentina, & subita apparet vis ac effica-
cia

3. & surgens secutus est eum; ecce veloci-
ter surgit, qui prius velut immobilis sedebat: ea
pecunia fraudator fit gratiae distributor, & doctor
misericordiae, qui avaritiæ fuerat institutor; sta-
tim statim obedivit vocanti, ne vis cessaret voca-
tionis

em. rō.
hūc
incorru.
it avari.
rporoz.
i qui pre.
f. eum.
oculis.
lit illum.
non vide.
e pōde.
mille.
it. S. Gre.
mptio.
respicit.
iste) og.
f. anni.
ishu Ma.
n huius.
ac effra.
veloci.
bat. ca.
& dicit.
or. sta.
& voca.
hōis

hōis, Jesus enim qui vocabat, non stabat ibi, sed
transibat: Cum transiret inde Jesus: transibat, ne
Matthæus remaneret ibi (interpretatur Chrysologus ser: 28.)
Transiuit inde Jesus, ne Matthæus ibi taliter permaneret,
ne scilicet in telonio suo, in usuris suis persisteret,
sed ut ad meliora secum transiret. O! quam cautē
monet Propheta: Hodie si vocem ejus audieritis noli-
te obdurare corda vestra, non enim solet Deus vo-
cationem suam repetere, hinc Saūli dicebat Samuel
Reg: 28. Quia non obedisti voci Dñi, idcirco quod pa-
uerit fecit tibi Dñus hodie, & Prov: 1. Mane consur-
rent, & non inuenient me, eò quòd exosam habue-
runt disciplinam, & timorem Dñi non susceperint,
non sic Matthæus, qui ~~qu~~ primò vocatus à Christo
urgens secutus est eum: Generosus animus (ait
Chrysologus serm: 29.) qui sic ea quæ putabat mag-
na, facile & quasi nulla contempsit, O! quam
facile Deo est repente in oculis suis honestare
scelerem! Si enim (ut loquitur S. Hieronimus)
in magne lapide, & succinis, hæc esse vis dicitur,
ut annulos, & stipulam, & festucam sibi copulent, quā-
to magis Dñus omnium creaturarum ad se trahere
poterat quos volebat, Magna planè divina vo-
cationis efficacia! & omnipotentis Dei misericordia
qui cuius vult miseretur, sed (ne torpeamus respon-
dere vocanti) etiam quem vult indurat, Rom: 9. O

306. 4. Secutus est eum Lucra relinquens peritura
& quærens permansura. En repente de publicano
in Apostolum Christi mutatus de schola impietatis
ad pietatis magisterium pervenit: Secutus est eum
ejus Doctrinam addiscens, & in praxim reducens
etque alios eandem docens, & ea ad quæ vocatus fue-
rat perfecte adimplens: Deus namque (ait S. Aug.)
ut velimus suum, voluit esse & nostrum; suum vo-
cando, & nostrum sequendo, Vocavit Christus S. Ma-
thæum ad Evangelistam, Æthiopia Apostolum
& Virginitatis victimam; & ipse Christum sequens
totum illud præstitit; ac imprimis post Christi Re-
surrectionem antequam in sibi destinata pro-
vinciam proficisceretur, primus in judæa, pro-
pter eos qui ex circumcisione crediderant, Evan-
gelium Jesu Christi Hebraïce scripsit, cujus Evan-
gelii, teste Divo Hieron: Ex: 12., ea est majestas,
cujus fulgura omnis mortalium sensus hebetat.
Deinde in Æthiopia profectus Evangelium præ-
dicavit, ac prædicationem Apostolicis suis vir-
tibus, multis que miraculis confirmavit, inter que
Regis filiam a mortuis suscitavit, unde tota
provincia Regiam imitata familiam Christi
est amplexata; Matthæo ibi & corporum & ani-
marum factus medico, Lumine fidei, Evangelii
Disciplina Sole, ut Apostolos nominant ss. Patres.

Lib: 1. ad
Simplic: q: 2.
4

At Egiptio Rege mortuo Hirtacus illius frater
 vim & tyrannidem Regnum invasit: quod ut
 timeret magis, Ifigeniam defuncti Regis filiam
 sibi in conjugem postulavit; at cum illa a S. A.
 prolo plura Virginitatis audiisset encomia, eam
 ipsi voverat virtutem sibi perpetuo servandam,
 que tales nuptias constanter recusavit: hinc
 Hirtacus Matthæum rei illius Auctorem
 Altare mysterium celebrantem jussit occidi: sic
 Virginitatis factus victima obiit S. iste Apos-
 tolus Christi & Evangelista, Magistrum secutus us-
 que ad mortem cruentam. Nec tyranno illi beneces-
 sua idea; nam de celo jam protegente Matthæo
 Virgo Ifigenia ab ejus violentiis miraculose
 servata est; & Deo impiam tyrannidem ulciscente
 Hirtacus infami taches lepra, sibi ipsi vim impa-
 nis intulit. Ex his nos, & puritatem, & Divina
 orationi promptam discamus Obedientiam me-
 ores, quod Dei inspirationes per transeuntis modū
 veniant: Eum transiret: instanter Dñm roge-
 ut oculos suos vel modicum ad nos convertat;
 uentes cum Propheta: Respice in me & miserere Ps: 24.
 ucia vicinis & pauper sum ego, non enim etsi pau-
 res respiciet, qui de se dicit: Non veni vocare
justos sed peccatores, Matth: 9. Die

2

Die **XXIX.** Septembris,
In Festo S. Michaelis Archangelis

Thema: Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in caelis est. Matth: 18.

Scopus: S. Michael celestis militiae Dux & Princeps, ac Militantis Ecclesiae protector ostenditur.

In verbis Evangelii citatis omnium Angelorum aequaliter videtur commendari dignitas ab eo quod semper videant faciem Dei Patris Omnipotentis qui in caelis est; attamen ex hoc Evangelio non videmur prohiberi aliquam inter eos inaequalitatem demirari, cum incipiat lectio eius a verbis illis: Quis putas major est in regno caelorum? Unde relicto pronunciat cursu omnibus caelestibus genis communi (quod opportunius fiet die 2. Octobris) ad speciales S. Michaelis excellentias proponendas diversimus unde ad eam, quam ei hodie vult nos Ecclesiam praestare venerationem cultum & reverentiam excitemur: quod abunde faciemus, si eum caelestis Militiae Principem probaverimus; ut autem debito simul illum prosequamur amore, in gratitudinis motivum proponemus quoque illum Protectorum

etiam, ac totius Militantis Ecclesie Defensorem.
 etiam enim munera ei attribuunt Sancti Patres
 et ipse se exercere in variis ostendit casibus.
 Audiamus S. Bonaventuram, qui quæ in Speculo
 Virginis Lect: 3. ipsam sic alloquitur Desparā:
 Michael Dux & Princeps militiae coelestis cum om-
 nibus Spiritibus administratoris, tuus Virgo parat
 in defendendis in corpore, & in suscipien-
 dis de corpore animabus fidelium specialiter tibi,
 Domina, die ac nocte se commendantium, Vbi
 Hieronymus Doctor S. Michaelis dignitatem simul
 & beneficia in nos officia clare exprimit.

2. Si

ergo quærat aliquis: Quis putas major est in
 Regno caelorum, ex Angelis? tuto responderi po-
 terit (saltem quod nos, & ea quæ de caelestibus illis
 nobis scimus) quod S. Michael. Nam in Cæli
 Militia Ducem egisse non obscure docemur, ex
 Sacra Pagina, ubi nobis exhibetur in nomine Dei
 pugnam Diabolo fortiter pugnans: 1. Reg: 19. Venit An-
 gelus Dñi (sub quo nomine Michael intelligitur à Scrip-
 turæ S. Expositoribus) & percussit in castris centum
 septuaginta quinque millia, Dan: 6. Misit Deus Ange-
 lum suum & conclusit ora leonum, & cap: 10. Ecce
 Michael unus de Principibus primis venit in adjuto-
 rium meum, iudæ x. 9. Cum Michael Archangelus

305. cum diabolo disputans altercaretur & paulo ante
habeatur quod Dominus Angelos, qui non servaverunt
suum principatum, sed dereliquerunt suum domi-
lium, in iudicium magni diei vinculis aeternis sub
caligine reservavit, sed omnium clarissime deduci-
tur ex Apoc: 12. & factum est praelium magnum
in caelo, Michael & angeli ejus praeliabantur cum
dracone, & draco pugnabat & angeli ejus, & non u-
luerunt neque locus inventus est eorum amplius
in caelo, & projectus est draco in terram, & ange-
li ejus cum illo missi sunt, & Michael tunc
intonans illud quod importatur in ipso suo no-
mine, Lucifer qui superba dux erat ceteros,
& dicere ausus erat omnium nomine: Conscen-
dam... similis ero altissimo, subito sicut fulgur
de caelo cadens cum suis ad infernum detractus
est in profundum lacus.

^x
quis ut
Deus

isa: 14.

3. Propter quae omnes
censent Doctores complures cum S. Ambrosio,
Ruperto, Laur: just:, Bellarm: & aliis, S. Michae-
lemquamvis communiter Archangelum vocatum,
esse ex supremo Seraphinorum ordine, & quidem
inter hos Principem: quod ex consensu ipsius
Ecclesiae firmatur, quae pleno cantu Michaelem
appellat primatem caelestis exercitus, & Parady-
si praepositum, & sicut Lucifer rebellium ha-
betur

in Brev:
Rom: hac
die.

306.
ut Caput, ita & Michael, qui contra eum
etiam cum suis pugnasse dicitur expresse, honorū
consensus est Princeps Angelorum. ubi peroptime
advertit S. Gregorius Hom: 34. in Evang: quod Quo-
ties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti
perhibetur, ut ex ipso actu & nomine detur intel-
ligi quia nullus potest facere, quod facere præ-
vales Deus... Michael namque: Quis ut Deus? ubi
etiam ex cit: Apoc: 12. loco, quod in fine mundi
terum cum Lucifero præliaturus sit fortissimus
Dei gloriæ Zelator: Unde & ad Deum ca-
nit Ecclesia in Hymno hujus Festi: Tibi mille
pensa millium, Ducum corona militat: sed ex-
ultat Victor Crucem Michael salutis signifer,

4.

Videamus nunc tantis in celo, sanctum mu-
neribus, nostrum quoque in hac valle lacryma-
rum defensorem, totiusque militantis Ecclesiæ
Protectorem beneficentissimum. Primò enim An-
gelorum acies ordinat ipse, mittit que ad hominū
tutelam ac præsidium, ut significasse videtur David
cum dixit Ps: 33. Immittet Angelus Dñi (Michael sci-
licet) in circuitu timentium eum. 2º Adamum dire-
xit; Abrahamum solatus est (Gen: 22.) Moysi totus ig-
natus in medio rubi apparuit. Exod: 3. Balaamum in
via stetit, continuit, & paterne increpavit Num: 22. Ge-
deoni

307. Deoni opem suam promisit ac tulit: Jud: 6. & 7. tres
pueros in fornace recreavit: Dan: 3. & in Lacu le-
num Danielem liberavit: Dan: 6. Eundem curavit
c. 14. Item: Constantino Magno se se spectandum

Niephor: I. 7. c. 56. præbens hæc quondam dixit: Ego sum Michael Ar-
chidux Dñi Sabaoth, Christianorum fidei tutor, qui
tibi contra impios tyrannos belligeranti, fidei &
germano illius ministro auxiliaria arma contulit,
cum Carolomanno pugnans visus est in Saxonia
contra Vittigos, ut ex Lilio S. P. Roussellet desumitur
& civitatem Arelatensem ab Anglis tunc huius
refert Historia Gallicana; & tot Gallos semper ope-
rit beneficiis, ut ipsi communi consensu Imperii Fran-
corum Principem grati appellant, ut notat Baronius
ad an: 709. Sed & multa pariter à S. Michaelis Pro-
tectoore numerant alie Nationes recepta beneficia
ac per illum sibi plures partas in præliis victorias
ut in Chronicis & Historiis enarratur; At, quod
maximum est, præcipua animarum nostrarum
Sancto illi, cura semper fuit, quibus licet invisibi-
liter ut plurimum, adstat in pugnis cum demone
ritualibus; in arduis negotiis huius vite, ac in ip-
us mortis tremendo agone, usque dum feliciter ac-
te iudicis Christi præsentet Tribunal; ut ipsa nos
docet Ecclesia dicens inter Missarum solemnias:
Signifer S. Michael representet eas (nempe animas)

in lucem Sanctam, quam olim Abrahae promisisti & seminari ejus, & Sanctum ipsum exorans ait: S. Michael Archangele defende nos in praesidio ut non pereamus in tremendo iudicio;

^x Eumque Deus constituit Principem super omnes animas suscipiendas ut in hodierno officio canit eadem Ecclesia.

S. Propter tot & tantos

favores, per totum Christianum Orbem mire extensus est debitus S. Michaeli cultus, vel ab ipsa nascentia Ecclesiae, cum ei in Asia S. Joannes Apostolus primum ei templum erexit: Dein Justinianus Imperator in variis locis Ecclesias eidem extruxit; pariter Magnus Constantinus, Supracitatus Carolomannus, & alii per orbem Monarchae in gratitudinis signum pro acceptis Beneficiis: Quem cultum sibi gratum esse Sanctus ipse Ecclesiae Defensor non paucis manifestavit apparitionibus, quarum hisce temporibus celebrior habetur illa quae sub Gelasio I. Pontifice Maximo facta est in Monte Gargano in Apulia, quam tota celebrat Ecclesia ad 8. Maji diem illi apparitioni specialiter consecratam: hodie vero anniversariam illam Dedicationem Templi S. Michaeli Archangelo Romae sacri à Bonifacio Papa tertio kalend: Octob: sed & utrobique S. Mater Ecclesiae omnium Angelorum memoriam celebrat. Unde & nos speciali cultu Sanctum ac Gloriosissimum caelestis agminis veneremur Principem Michaelē

309. & Ecclesie Universalis deprecemur Tutelarem ut
nos custodiat, foveat, protegat, illuminet atque
defendat, tandemque mereamur per illum
in extremo iudicio ad suprema ju-
dicis dexteram collocari

Die **XXX.** Septembris. in Festo
S. Hieronimi Præsbiteri, Conf: & Eccl. Doctoris

Thema: Qui fecerit & docuerit, hic magnus voca-
bitur in Regno Cælorum. Matth: 5.

Scopus: S. Hieronimus ideo Doctor maximus, quia
quod docuit, opere complevit

1. Vera doctrina non stat in verbis solum, sed
simul in operibus bonæ verborum doctrina congru-
entibus; nec bona eloqui & alios docere prodest,
si ipsa docentis opera bona non sint, ut ipse nos
in præsentem monet Christus dicens: Qui solverit
unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic
homines, minimus vocabitur in regno cælorum;
& ideo toties maledicens invehit in Scribas & Phi-
risæos Matth: 23. quia Dicunt & non faciunt
ipsa fides sine operibus mortua est, Jac: 2. Vult
etenim Dominus ut Doctores præsent Ecclesie, non
non solum verbo sed exemplo: quare postquam

coram Domino & in Regno caelorum

2. Qui

fecerit & docuerit hic magnus vocabitur, & impri-
mis multa & peroptima docuit Maximus Doctor
Hieronymus Eusebii filius Stridone in Dalmatia na-
tus, qui cum Romae adolescens esset, baptizatus est,
& in liberalibus disciplinis a Donato & aliis viris
doctissimis eruditus; tum discendi studio galliam per-
agravit, ubi pios aliquot & in divinis litteris eruditos
viros coluit: Bella admodum principia adscientiam
acquirendam, vera utique ad doctrinam & sapien-
tiam via est ejus desiderium & inquisitio: *Initium*
sapientiae verissima est disciplina concupiscentiarum
Sap: 6. & Eccles: 6. sic habetur: *Fili, si attenderis vo-
ces... si dilexeris audire, sapiens eris. in multitudine*
presbiterorum prudentium *sta* Eccl: 39. *Sapientiam*
omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Pro-
phetis vacabit, & Sap: 7. *Optavi & datus est mihi*
sensus, & hoc ipsum S. Hieronymus ipse docet Ep.
ad Rusticum: *Mihi placet ut habeas Sanctorum*
contubernium, nec ipse te doceas, & absque ducto-
re ingrediaris viam, quam nunquam ingressus es-
ne errori pateas. Quantum illi profuerit Do-
ctorum Virorum instructio & conversatio illa pri-
ma vel ex eo patet, quod jam ex tunc discendi
anxius multos sacros libros propria manu descrip-

serit

2

Mox se in Græciam conferens Philosophicæ, & eloquentiæ diligentissimam dedit operam; quæ jam perophime edochis Summorum Theologorum consuetudine floruit & magnus evasit Theologus; ac dein Constantinopoli Sacrarum Litterarum doctrina profunde imbutus est à S. Gregorio Nazianzeno; Deinde in Palestinam venit, ubi, adhibitis Hebræorum eruditissimis ad Sacra Scripturæ intelligentiam plenam, multum se profecisse testatur; quod abunde præstantia pia æque ac doctissima scripta quæ mundo reliquit, & fama illa, quæ tanquam ad miraculum ex omnibus orbis terræ partibus ad ipsum Divinæ Scripturæ quæstiones explicandæ referebantur; illum Damasus Pontifex, & S. Augustinus in locis scripturæ difficillimis sæpe consulebant, quorum iste de S. Hieronimo testatur quod omnes præ scriptores legisset. Vetus testamentum ex Hebræo convertit; Novum jussu Damasi in Græcum transtulit, & plurima Latine scripsit opera, qui lingua- rum Latine, græcæ, hebræicæ, & chaldaicæ fuit peritissimus. iste verè est, cujus doctrinâ omnis terra repleta est; quem implevit Dñus spiritu sapientiæ & intellectus; cujus os in medio Ecclesiæ aper- tum est; & cui scientia Sanctorum data est, ut Mun- dum illuminaret universum: Quare hanc lucernam

Qui
impro-
ctor
à na-
s est
iris
un po-
ructio
icent
quis
mitti
entia
ris
hibere
viam
Pro-
mitti
t-
um
ducto-
sua
De-
pri-
centi
deser-
vire

313. non decebat manere sub modio, sed super tax-
delabrum, & ideo Presbiter Antiochia factus, Ro-
mam venit, ubi à Damaso Papa dilectus, lau-
datus & honoratus est, ut inde luceret omnibus
qui in Ecclesia seu domo Domini sunt: immo
& alibi defuncti corpus Romam eandem, ut Ma-
di caput, translatum est. At verò nec tot au-
talia docuisse Sto Hieronimo Doctoris Maximi
nomen vindicarent, ni ea ipsa quæ scripta ac
verbo docuit, firmasset exemplo: quia non qui
præcise docuerit sed qui simul fecerit & docuerit,
magnus vocandus est.

4. Fecit ergo quod do-
cuit S. Hieronimus, & viam, quã alios perducit
sanctitatis, ipse inivit perfectissimam: & quia ni-
mor Dñi est principium sapientiæ, ab hoc ipse ce-
pit facere, quod in tot epistolis docturus erat.
Audiamus ab ipso qui epistola ad Rusticum refert
quanta passus sit ut vitii resisteret ne Deum offe-
deret: Dum essem juvenis, & solitudinis me desertæ
vallarent, incentiva vitiorum, ardorem que natura
ferre non poteram -- ad quam edomandam, curam
fratri qui ex Hebræis crediderat me in disciplinam
dedi ut Alphabetum discerem, & stridentia anaba-
tia que verba meditarer. Quid ibi laboris insup-
era

314.
lesti est conition conscientia, tam mea qui passus
sum, quam eorum qui vitam mecum dixerunt:
& gratias ago, Domino, quod de amaro semine litte-
rarum dulces fructus capio, & quantum Divina
timuerit iudicia his ipse verbis testatur loquens
de die iudicii extremi: Quoties, inquit, diem illum
considero, toto corpore contremisco: sive enim edo, sive
bibō sive aliquid aliud facio, semper resonare vide-
tur auribus meis tuba illa terribilis: surgite mortui
& venite ad iudicium, = Hinc est quod diuturna se-
derit penitentia in vasta Syria solitudine, ubi
assidua se abstinentia, vi lacrymarum & corporis af-
flictione se discutiabat, ut ipse scribit in Ep: 22. ad
Eustoch: In Eremo, dicit, constitutus in illa vasta soli-
tudine, quæ exusta solis ardoribus horridum mona-
chis præbebat habitaculum, sedebam solus; horrebant
tæco membra deformia, quotidie lacrymæ quotidie
remittis; & si quando repugnantem somnus imminens
oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam.
De cibis verò & potu faceo, cum coctum aliquid accepis-
set, luxuria sit. Pallebant ora jejuniis &c.

§. Post

quam sacras peregrinationes instituisset, & Chris-
ti dñi præsepe in Bethlehem visitasset, monasti-
ram vivendi formam suscepit cælestem quandam
vite rationem instituens: ibi variis morbis & dolo-
ribus

315. *ribus afflictis, mira patientia præbuit exemplum
nec non paupertatis & obedientiæ insignia, cas-
tatem autem quo plus tentationibus obsessam, eo
majori custodivit victoriæ, prædichis penitentiæ
& orationis remediis: Ita que (prosequitur ad Euseb.
Ep: cit:) omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam
pedes, rigabam lacrymis crine tergebam, & repug-
nantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam.
Memini me clamantem diem crebro junxisse cum
nocte, nec prius a pectoris cessasse verberibus quam
rediret Domino imperante tranquillitas: quæ obse-
tâ, cælesti vacabat rerum Divinarum contemplati-
oni, in qua multis de celo favoribus recreatus fuit.*

*ibid: Et (inquit Deum ipsum testem appellans) postulat
tas lacrymas, post cælo inherentes oculos, nonnunquam
videbar mihi agminibus interesse Angelorum, & lætè
gaudens que cantabam: post te in odorem unguen-
torum tuorum curremus. Multò tandem senio con-
fectus & virtutibus plenum sanctam suam ani-
mam Deo reddidit, imperante Honorio. Eius cor-
pus ad Bethleem primò sepultum est, dein transla-
tum ut supra diximus. Ecce quomodo S. Hieroni-
mus fecit & docuit: unde jure Maximus Doctor
vocandus est: ^{Non} ~~est~~ vero, si alios verbo doceres
non est datum, posse exemplo docere, non modo*

non negatum, sed praeceptum est: Luceat lux ves- 316.
tra coram hominibus, si ergo non docemus, facia-
mus saltem; & si docendum est, non prius doceamus
quam fecerimus: Cæpit Jesus facere & docere

Die II. Octobris
In Festo SS. Angelorum Custodum

Thema: Angeli eorum semper vident faciem Pa-
tris mei qui in caelis est. Matth: 18.

Scopus: Natura, Custodia, & gloria Angelorum
ad devotionem excitandam proponitur

Multa quæ de Sanctis Angelis dici possent ad
hæc tria reducimus quibus Devotio nostras erga
illos sufficienter possit excitari: ipsorum Naturæ
nostram conciliabit admirationem; Custodiæ gra-
titudinem; & gloriæ cum spe fiduciam: unde
perfecta enascetur devotio qua ipsos revereamur,
viliamus, ac deprecemur. Quare hic ut plurimum
quæ ex Scriptura & SS. Patribus nobis constat, ad-
notabimus, plura de more ulteriori verborum
amplificationi relinquentes

2. Angeli ergo Na-

tura nobis in Scripturis Sacris sic obumbratur;
quos proinde dari de fide est, ut in Symbolo Ni-
cæno profitemur: per Ly Creatorem Cæli... & invisi-
bilium

bilium: sunt enim Angeli incorporei Ps: 103.
 Qui facis Angelos tuos Spiritus, Spiritus autem
 carnem & ossa non habet, Luc: 24. Sunt autem pe-
 ne innumeri: Job: 25. Numquid est numerus mi-
 libum eius, Dan: 7. Millia millium ministrabant
 ei, & decies millies centena millia assistebant ei,
 Hebr: 12. Accessistis ad civitatem Dei viventis
 Hierusalem & multorum millium Angelorum
 frequentiam, Apoc: 5. & vidi & audiui vocem mul-
 torum Angelorum in circuitu throni, numerus
 eorum millia millium: ad quæ S. Greg: Super-
 norum, inquit civium numerus apud Sanctum, ob
 infinitus est, & apud Danielem definitus exprimi-
 tur, ut qui Deo numerabilis est, esse hominibus
 innumerabilis demonstretur. Variis in Scrip-
 tura nominantur Angeli nominibus, quibus vel
 officia eorum, vel dignitas & prerogative desig-
 nantur: Usitatus nomen est Angelus, quod à Gra-
 co Αγγελος idem est ac Nuntius, quia eis ut legatis
 utitur Rex Regum Deus ad suæ gloriæ & utilitatis
 suæ negotia. jam vocantur Administratores spiritus
 Hebr: 1. jam Ministri Dei Ps: 103., Spiritus Dei Apoc:
Signaculum similitudinis Dei Ezech: 28. Filius
Ignis urens Ps: 103. &c. Quæ omnia mutantur in
 les Angeli suâ superbia in nomina Satanæ, Dia-
daemonis, Draconis, serpentis, tenebrarum potestatis,

3. Alia plura & gratia & naturæ dona de-
 rant Angelos, qui sunt speciosissimi & pulcherrimi,
 nobilissimi & potentissimi: Ps: 102. Benedicite Dño omnes
 Angeli ejus potentes virtute, Apoc. 18. vidi Angelum
 habentem potestatem magnam, De eorum pulchritudi-
 ne & aliis donibus sic inter alios loquitur Guillelmus ^{apud}
 Baldesanus: tanta est Angeli pulchritudo, ut vel ipsa ^{Turbot.}
paradysi amantatem vincat, & beryllorum & smarag-
orum jucundissimam viriditatem, sic plane, ut velut
anninor pulchritudinum receptaculum suo splendore
ignorum omnium lumen obscurat, præ amore Dei
sunt flamma ignis Hebr: 1. præ obedientia parent ad
voluntatem Dei, symbolum sunt puritatis, quia nec nu- ^{Matth: 12.}
gant nec nubentur: ac tandem, ut citatis prosequi-
tur Guillel: verba deficiunt, quibus speciem, amorem,
intelligentiam, reliquas que Angelorum vires & actio-
nes exprimamus, Depingi solent ut juvenes, pro eo-
rum aternitate quodammodo representanda, qua nun-
quam senescunt, & alati, ut ^{etiam} representantur velocitate seu
mirabiliter; & quia sub iis speciebus solent
homini bus apparere = jam vero & inter Angelos
speciosa quedam datur varietas & inæqualitas, su-
riorum & inferiorum. Tres communiter assignan-
tur Hierarchiæ in totidem Choros divisæ: Primæ
comprehendit Seraphinos Isa: 6, Cherubinos Gen: 3. Ps: 17. & 79

319 Ezech: 28. & Thronos Coloss: 1. Secunda complectitur
Dominationes: Coloss: 1. Virtutes Ps: 148. Ephes: 1. & Potentia-
tes Coloss: 10. In Tertiâ sunt Principatus Coloss: 1. Ephes: 1.
Ps: 27. Archangeli 1 Thessal: iudæ canonica. ac Angeli
per omnes Scripturas sub quo nomine veniunt reliqui om-
nes = Tot Angelorum excellentiæ nos ad eorum ve-
rationem, cultum, ac reverentiam provocent

4. An-
geli eorum: his nobis Angelorum mox explicanda
indicatur Custodiæ: Ps: 90. Angelis suis Deus manda-
vit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, in
manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum, Magna dignitas est animarum, in-
quit S. Hieron: in Matth: 18. quod habeat unaquæque
ab ortu natiuitatis in custodiam Angelum delegatum
Exodi 33. Mittam præcursorem tui Angelum, inquit
S. Cum esset Josue in agro vidit virum stantem con-
tra se evaginatum tenentem gladium, perrexit que-
re ad eum & ait: Noster es, an adversariorum? qui res-
pondit: nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini
Exod: 3. Ecce mittam Angelum qui præcedat te & cus-
todiat in viâ, O! mira Dei bonitas erga hominem.
Mittis ei, inquit Bernardus Serm: 12. in Ps: Qui habet
Unigenitum tuum, immittis spiritum tuum, pro-
mittis etiam vultum tuum. & ne quid in celestibus
vacet ab opere sollicitudinis nostræ, beatos illos

mihis propter nos mittis, in ministerium custodiae
 deputas, iubes nostros fieri Paedagogos;
 Quae autem pia nobis praestent officia non possumus
 numerare; ipsi nostri sunt tutores, Curatores, medici,
 protectores, Ductores, Magistri in hac vita; in siddi-
 ca advocati, & defensores, ac in Caelo perpetui socii
 & conivives; ut ex variis tam in Scriptura, quam
 in Historiis comprobatur exemplis; ipsi nos tristes
 solantur, dubitantes dirigunt, tentatos defendunt er-
 rantes reducunt; periclitantes liberant, timidos con-
 fortant; cadentes erigunt; bene operantes adjuvant,
 perseverantes usque in gloriam introducunt.

5. Quae

tot beneficiis Debeamus nostris tutelaribus Angelis
 dicimus? a cit: Bernardo: debemus illis ait: Reve-
 rentiam pro praesentia, devotionem pro benevolentia
 gratiam pro custodia ... in quovis diversorio, in quovis
 cubiculo Angulo tuo reverentiam habe: ne audeas illo
 praesente, quod vidente me non auideres, Debent enim
 Angeli (inquit August: Ser: 39. de sanctis.) aliquid in
 nobis de suis recognoscere virtutibus ut pro nobis
 impentur Domino supplicare. Quid possumus da-
 re viro isti sancto? (Dicebat filio Tobias loquens de Ra-
 phaele) & respondens filius, ait: quid dignum poterit
 esse eius beneficiis? Basil: in Ps: 33. Omni in Christum
 praesenti Angelus assistit... Considera igitur quanta

Tob: 12.

321. sit Angelorum natura. ... ob magnitudinem itaque
ejus qui te custodit castra tibi, munitiones que pro-
bet Deus: propter Angeli vero virtutem, veluti cir-
cumvallat te undique securitate, quae est per illum
ipse Epictetus sic habet 2.1. Epist. c. 14. Cum fores cla-
seritis, & conclave tenebrosum effeceritis, caveo ne
quam dicatis vos esse solos; neque enim estis, sed
Deus intus est, vester genius intus est, S. Bern. super
Quoties, ait, gravissima cernitur urgere tentatio, &
tribulatio vehemens imminere, invoca custodem tuum
doctorem tuum, adiutorem tuum in opportunitati-
bus in tribulatione, & serm. in Festiv. S. Michaelis
Quod si tam necessariam habemus familiaritatem
nationis Angelicae, cavenda nobis est eorum offensio
& in his maxime exercendum quibus eos non videmus
oblectari, Pensate etiam (paulo ante dixerat) qua-
ta nobis sollicitudine opus est, ut dignos nos esse
beamus eorum frequentia. & hic est gratissimus
Angelorum custodum cultus, ut continuis, qui
nos continuo ad bonum excitat inspirationibus
obsurdescamus: alias merebimur ab illis videtur
quod impunita Babylon: Curavimus Babylonem
& non est sanata derelinquamus eam. 9

Hierem.
51.

Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, &
dem Angelorum gloria, spem ac fiduciam nobis

comovere debet, ut eos devote invocemus ad a-
 ram illorum societatem consequendam: Sic ad nos-
 trum caput proponitur gloria Angelorum in sacris
 litteris: Apoc: 15. Aperitum est templum tabernacu-
li testimonii in celo, & exierunt septem Angeli vestiti
lino mundo & candido & praecinchi circa pectora zonis
auris, c. 18. vidi Angelum descendente de celo... &
terra illuminata est gloria ejus, Ezechiel: 28. Angelo
locutus a Dño: Tu signuculum similitudinis, plenus sa-
piencia & perfectus decore in deliciis paradysi.. Om-
nis lapis pretiosus operimentum tuum sardius, topa-
cius & jaspis, chrysolystus, & onyx & berillus, sap-
phirus & carbunculus, & smaragdus, aurum opus de-
coris tui... perfectus in viis tuis à die conditionis tue,
10. Clamant alter ad alterum: sanctus, sanctus, sanctus,
11. Deus exercituum plena est omnis terra gloria ejus,
12. & omnes Angeli stabant in circuitu throni, c. 8.
13. stetit Angelus ante altare habens thuribulum aureum
in manu sua, Tob: 5. Egressus Tobias invenit juvenem
14. splendidiorem... ego sum Raphael, Matth: 18. Angeli as-
15. piciunt sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix, job:
16. 17. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reverentia di-
18. cant tibi: adsumus, Luc: 9. Cum venerit filius hominis
19. in majestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum,
20. Augustinus L. 11. Civ: c. 31. Sancti Angeli, inquit,
21. ad quorum societatem, & congregationem in hac

itaque
 que pra
 luti vir
 r illius
 oras cla
 ve ne
 tis, de
 n: sup
 idio, &
 dem fac
 finit
 Michae
 itatem
 offensa
 10 vi
 rat) qu
 nos ex
 iratum
 quibus
 ibus no
 audire
 ablyro
 G. An
 nei: Pa
 m not

323- peregrinatione laboriosissima suspiramus, sicut
habent permanendi aeternitatem, ita cognoscendis
facilitatem & requiescendi felicitatem, & libro. 67
Angeli in caelestibus sedibus constituti immortales &
beati, qui creatoris sui participatione gaudent, cum
aeternitate firmi, cujus veritate certi, cujus munere be-
ti sunt, S. Bern: in Festiv: S. Mich: in ore parvulorum
perficienda est laus illa Majestatis Divinae, cujus
habentes primitias Angelici spiritus beata delecta-
tione fruuntur... Dignum est ut gloriam Angelorum
non capientes, tanto magis amplectamur misericordiam
quo. nimirum constat abundare Domesticos Dei, celi
cives, Principes Paradisi, & ad calcem, ut ejusdem
Bernardi verbis finiam cum illo protestor: Et hoc
omnia dixerim, Auditores, ut amplioem de caetero
erga Beatos Angelos fiduciam habeatis, ac propin-
de familiarius in omni necessitate vestra illorum
invocatis auxilia; sed & digne in eorum presentia
conversari, & magis ac magis eorum vobis consi-
liare gratiam, captare benevolentiam, exorare
clementiam studeatis,

Die

Die IV. Octobris

324.

In Festo S. Francisci Assisii Conf:
& Ordinis Minorum Fundatoris

Thema: Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Matth. 13.

Scopus: S^{to} Francisco specialissima gratia donæ concessæ propter insignem ejus humilitatem

Deus, ~~quæ~~ superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, & cui abominatio est omnis arrogans, ad pauperes vero, & humiles sese inclinat, & convertit; ut quoque abundantior humilibus largitur donæ, quæ merito negat de se præsumentibus, a quibus ea abscondit mysteria, quæ parvulis seu humilibus solet revelare: Qui sunt parvuli? (ait S. Augustinus serm: 8. de verb: Dñi) Humiles. & nomine sapientum & prudentium superbos intelligi posse, ipse (Christus) exposuit cum ait: Revelasti ea parvulis. Ergo abscondisti non parvulis. Quid est non parvulis? Non humilibus. Quid est non humilibus, nisi superbis. Unde sequitur quod pro eo, quo humilitatem quis sectatus fuerit gradus, eo plura aut clarius ei revelata à Dño, quia ubi humilitas, ibi & sapientia Prov: 11. & Jacob: 4. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis... Humiliamini

325. in conspectu Dñi, & exaltabit vos. Sic Sanctus
Franciscus, quò magis Deo appropinquabat per hu-
militatem, eò vicissim plus ei appropinquabat
Deus per gratiarum dona, quibus ipsum exalta-
vit, quæque tot aliis negavit: Abscondisti hæc
a sapientibus & prudentibus, idest superbis, &
revelasti ea parvulis, seu humilibus. 2. ipsa

Francisci prima natiuitas numerari potest inter
abscondita mundanis & superbis, qui, cum, Deo
permittente, in purpuris & pompis nascantur, ipse
in stabulo nasci voluit Deus speciali quadam pro-
videntiâ, quâ disposuit, ut Mater illius tentatis aliis
non nisi in stabulo ipsum parere posset, ut vel in hoc
Christo Dño assimilaretur, & futura inde ejus humili-
tas prænuntiaretur. = 2^a illi specialiter concessa gra-
tia, modo verè abscondito huius sæculi prudentibus,
fuit gratia vocationis, cum Christus ipse illi se mon-
strare dignatus est Crucem gestans, & illud Evangelii

Luc: 9. suggerens: Si vis venire post me, abnega te ipsum,
tolle Crucem tuam, & sequere me; quod ita revelatum
est humili Francisco, ut absconderetur nobili quocumque
cum illo per Apuliam iter facienti. Videte (ait
Apostolus 1-Cor: 1.) vocationem vestram Fratres, quia
non multi secundum carnem sapientes, non multi po-
tentes non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi

326.
Deus, ut confundat sapientes; infirma & contemp-
tabilia, ut confundat fortiores; erat enim Franciscus licet
honestis ortus parentibus, non tamen usque adeo diviti-
bus ut mercatoriam non egerent negotiatione, cui & prius
incumbat Franciscus, sed multa semper morum inte-
gritate, & habitus ac gestus conversationis que humili-
tate. In hac certe vocatione elucet magna artificio-
sa misericordia (ut verbis utar Augustini Ser: 49. de verb:
Dñi.) sciebat enim, quod si eligeret Senatorem, diceret
Senator: dignitas mea electa est; si Divitem: opulentia
mea; si Regem: potestas mea; si Oratorem: eloquentia,
Philosophum sapientia mea electa est; ☉

3. Ab hoc in-
cepit Sanctus noster Divino amore succendi, & terre-
na omnia despiciere: cum que die quadam inter Mis-
sarum solemniam legeretur Evangelium illud, quo disci-
pulis dixerat Christus: nolite possidere aurum, neque ar-
gentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in
sacculo, neque duas tunicas, neque calceamenta; sibi, hoc
audito, eam regulam proposuit servandam: abjectisque
honestis omnibus indumentis, vili induit sacco, sine
bracibus, ac nudis pedibus incedens, alios ad similem
vita normam et mundi contemptum excitare cepit:
et sibi jam aggregatis duodecim paupertatis ac humilita-
tis ipsius imitatoribus, Ordinem Religiosum instituire
sub illa forma proposuit, & Romam profectus anno Dñi

1209. ab Innocentio III. Cælesti visione circa id il-
lustrato, Ejus instituti confirmationem prius denegatam, facillimè obtinuit: in quo iterum elucet spe-
cialis Dei gratia mundi sapientibus longe abscondita,
quod pauper & humilis Franciscus in tanti Instituti
Fundatorem fuerit præ electis: qui, voluit Minorum
Ordinem appellari: cujus rationem reddens Cardinali
Hugolino, sic eum humillime est affatus: Dñe, ideo
Minores vocati sunt fratres mei, ut majores fieri
non præsumant;

4. & ipse, sanè suo videri Minorum
minimus, insignia suis, & toti posteritati reliquit
humilitatis exempla: abjectissima quæque peragens
ministeria, omnibus se postponens subditis, immo
& maximis peccatoribus, quibus se iudicabat scelerat-
torem: honores omnes, quos sibi vindicabat ejus
sanctitatis fama, assidue recusabat; & sacro Pres-
byteratus ordine præ rara humilitate renuit in-
teriri: inde Paupertatis, quam matrem & Dominam
vocare consueverat, amator eximius fuit: nemo
tam auri, quam ipse paupertatis, cupidus exstitit:
si quando pauperiorem se quempiam in exteriori
habitu cerneret, illicò se ipsum arguens excitabat
ad simile: ideoque ordinavit ut sui exortatione
pehitis subsidiis vnice viverent = insignis delectator
Christi Crucifixi ejus jugum super se continuo se-
rebat

ibat, carnem omnis generis mortificatione dire- 328.
macerans; tenui, amaro, & crudo utens cibo; pro-
betulo tabulam, pro somno sacras vigiliis, pro peri-
so quotidiano assiduam disciplinam religiosam cons-
tanter observabat; crudelissime corpus flagellis lace-
rabat, ut vel vitiorum a se exterminaret radices, suo
quo sic edomito corpori sic ipse dicere solebat: Eia
inter asine, sic te decet manere, sic subire flagella,
6.

His, per quæ mundo se parvulum & despectum exhi-
bebat Franciscus, à Deo majores & majores superbis
absconditas promeruit humilium gratias: Humilitas
enim, ex Umberto cap: 37. de Humilit: scala est ad ce-
les nos sublimans. Tanta vi prædicationis fuit do-
natus, ut repentinis & minime meditatiis verbis Pon-
tificem ac Romanam Curiam sermone coram illis
habito in admirationem rapuerit: & plus ipse incul-
tis ac vulgaribus phrasibus persuadebat, quam alii
polito sermone, figuris que refertâ Oratione: quia ejus
prædicatione, ut Apostoli, non stabat in persuasibilibus 1. Cor: 2.
humana sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus &
virtutis: sic que aliquando per urbem cum socio modes-
tissime incedens, licet nullum locutus verbum, se prædi-
casse dixit: prædicarat utique modestiæ, humilitatis, &
silenti exemplo, quo se videntes plurimos ad Deum con-
vertebat = Dum in solitudine montis Alverni Divino-
rum

329. notum altissima vacaret contemplationi strictoque
 jejunio. Die Exaltationis S. Crucis, ei Seraphim cruci-
 fixi effigiem inter alas continens apparuit, qui ejus
 & manibus, & pedibus, & lateri vestigia clavorum in-
 pressit: jam cum Apostolo dicere poterat: Ego signa-
 ta Dñi Jesu in corpore meo porto... mihi mundus con-
 cifixus est & ego mundo... mihi absit gloriari nisi
 in cruce Dñi N. J. Christi, Vivo ego, jam non ego
 vivit vero in me Christus, Christo confixus sum
 cruci, mihi vivere Christus est, jam enim Divino
 totus ardebat amore, ut humanus Seraphim appella-
 ri possit. O! vere abscondita sapientibus & prudentibus
 quæ exinde pauperi & humili Francisco revelata sunt
 cui Angeli, ipsa que Angelorum Regina (cujus Templi à
 primis suis fervoribus devotissimus fuerat cultor) per
 charitatem esse se videndos præbebant &

S. Bonavent.
 in Vit. c. 15.
 Excreverat
 in eo insupe-
 rabilia amo-
 ris in cordiam
 domi Jesu in
 lampades ig-
 nis æque
 flammarum
 ut aquæ multæ
 charitatem esse se videndos præbebant &
 jus bonæ vo-
 lidam extinguere non valerent

G. illi quoque conce-
 sa est adeo abscondita miraculorum in vita & mortis
 gratia, qua quondam in vinum generosum aquam
 convertit, in Comitatu Narviensi; in Syriam vela fa-
 ciens exiguam panis portionem adeo multiplicavit
 ut multis in navi alendis longo itinere sufficeret,
 percussit aliquando petram et ex ea fluerunt aquæ
 &c. apud Wadingum to: 1. Annal: ^{Minim. hoc} ~~etiam~~ etiam inter
 alia habemus, quod sancti invocatione ad vitam resur-
 rit defuncta quædam mulier, quæ ex rubore lethale
 peccatum contigerat in extrema Confessione; quo rite

Ex Amphit-
 loch: Jeanii
 Epist: Suri
 in januar:

confesso, iterum, sed jam in pace, requievit = *Dono item 330.*
Illustratus Prophetie mirabili, quo signa obitus dedit
nobilissima cuidam familiae in Etruria, ita ut iis triduo
ante mortem monerentur signis: ita refert Sylvester Debra-
sancta Thumasia to: 3. c. 27. Multa etiam futura prae-
savit, ac suum longe ante praescivit e vita transi-
tum: quo imminente, deferri voluit in Ecclesiam S^{tae}
Mariae Angelorum seu de Portuincula, ut ubi per Vir-
ginem Matrem Dei spiritum conceperat perfectionis &
gratiae: ibidem mortis soluto debito, ad bravium perve-
niret retributionis aeternae; seque ad mortem disponens
fratres suos ad humilitatem & paupertatem hortatus
Psalmum illum: *Voce mea ad Dnum clamavi, in clamans,*
ad illum versum: *Me expectant justi, &c sanctissimam*
efflavit animam, & eum post mortem, prodigiis clarum
Gregorius IX. Sanctorum numero adscripsit. Videant
mundi prudentes & sapientes, quantum se excedat parvi-
lus pauper & humilis Franciscus, cui tot revelata, mys-
teria, tot collata gratiae & gloriae dona ipsis merito
abscondita! Quia Deus humiles exaltat & divites seu
superbos relinquit inanes, ut in Cantico Magnificat dici-
tur. Humilitas namque, ut ait S. Chrysostomus, curvus Hom: 4o.
in 1. Cor:
est, qui in caelum sustollit: imitemur itaque S. Francis-
ci humilitatem, ut, ipso intercessore, promissa hu-
milibus praemia consequi mereamur ~ Die

Die VI. Octobris
 in Festo S. Brunonis Confessoris
 Carthusianorum Fundatoris

Thema: & vos similes hominibus expectantibus
 Dominum suum, Luc: 12.

Scopus: S. Bruno Dominum expectavit Conversio-
 ne, Virtutibus, & Perseverantia

1. Servi qui se preparant ad absentis Domini
 adventum; vel populi ad Regis sui de victoria
 redeuntis, aut ^{culisyis} ~~quisque~~ ad se venientis receptionem,
 tria ut plurimum præstare debent ac solent: 1^o om-
 nia auferunt ad ejus ingressum impedimenta, omnia
 que habitaculi angulos diligentissime emundant: 2^o
 mundatis omnibus receptaculum exornant omni mo-
 do possibili; ac tertio perseverantes evigilant usque
 dum adveniat, ne forte improvise conhibentur ac-
 tu. Non secus in spiritualibus tria præstant simi-
 lia, qui Deum Dominum expectare decernunt, a se
 ob peccata commissa absentem; vel saltem ab ipsis
 tibus, adhuc non visione clara præsentem in hac mor-
 tali vita: 1^o anima sue in templum Dei destinata
 omnia tollunt impedimenta, peccata scilicet, culpas,
 & defectus; deinde ipsam virtutibus ornant; ac post
 hæc eum conservantes apparatus constantè per-
 versus e

verant donec illis incerta dies Dominici adventus ob. 352.
venierit. Hunc Dei expectandi modum tradidisse videtur
Regius Propheta, cum diceret: Ps. 26. Expecta Dominum
viriliter age (En eradicatio vitiorum, virilem sane animū
postulans) & confortetur cor tuum (ecce ornatus virtutum,
quibus pinguescit & roboratur anima) & sustine Dñm,
id est constans & patiens persevera, donec veniat. Quā
David ipse constantiā usus dicebat Ps. 30. Expectans
expectavi Dñm. Tribus his quoque S. Bruno ani-
mam suam in Dei habitaculum preparavit ex to-
to similis hominibus expectantibus Dñm suum: cor
mundavit in conversione; ornavit deinde virtutibus,
& in his usque ad mortis suae diem, quæ verè Dñi
dies est, perseveravit.

2. Et vos similes hominibus
expectantibus Dñm suum, : expectavit Conversione,
in conversione mirabili: Conversionem appello, non
ab anteriori quadam vitiorum infamiā, ut de ss. Pau-
lo, Augustino, Magdalena & aliis refertur, sed a mundi
ad Sanctorum Sapientiam: mirabilem voco ab ejus præ-
cipue occasione: Bruno enim Coloniae Agrippinae paren-
tibus genere & virtute claris natus ac bene educatus, Lu-
therianam causa studiorum missus, in his adeo profecit, ut
Doctoris Lauream brevi adeptus, & Aemensis Ecclesiae Cano-
nicus effectus sit: sed & ab omnibus quas ipsi reditus
ecclesiastici propinant vanitatibus citissime à Deo erep-
tus est, cum exequiis cujusdam Parisiensis Condoctoris

333. Doctrinae ac pietatis fama apud homines celebris in-
eret; iste subito de pheretro ad illam officii lectionem
Responde mihi & assurgens, horribili per triduum vo-
ce successiva lamentatione inelamavit se se justorum
iudicio accusatum, die 2^a iudicatum, ac 3^a damnatum
esse: ad haec Bruno perterritus & divino intuitu im-
pulsu permotus, statuit omnibus relictis soli Deo in
solitudine vacare (Hujus historiae veritatem cum
multis contra aliquos erudite defendit P. Jacobus
Lobbesius To: 4. de Glor. Patriarch.) ad quod S. Hugo
Gratianopolitanus praesulem adiit cum sex aliis sa-
cristis, quos omnes ut septem stellas sibi in somniis vi-
derat S. Episcopus, qui cum ipsis in montes sua Dio-
cesis asperissimos, Carthusianos dictos, secessit, hincque
Carthusianorum Ordinis fundamenta jecit S. Bruno,
cujus anima jam ab omni mundana cogitatione re-
cua & munda erat: fuit que haec prima quam ad-
hibuit dispositio ad Domini sui adventum expectan-
dum: similis factus hominibus expectantibus dominum
suum, tulit omnia impedimenta Conversione sua
& a se, & a mundo universo talis instituti fundamen-
te per orbem brevi dilatati, ac miram simul quae
florentis strichissima observantiam solitudinis, silentii
Divinarum laudum Cantus, & penitentiae

3. Sic
jam purificata animam, eam omnium virtutum or-
namentis decoravit, ut dignum Deo pararet habitaculum

334.
... & in primis intensissime incubuit Angelicæ cas-
... tati acquirendæ, ab omni eam maculandi occasione
... segregans, ideo que sibi Eremos & solitudines seli-
... pens, quondam ab Urbano II, qui ejus fuerat Parisiis dis-
... cipulus Romam accersitus, quam citissime curavit ad
... redire juxta illud Ps: 54. Ecce elongavi fugiens
... mansi in solitudine, & Bernardi consilium serm: 41.
... cant: o sancta anima sola esto, ut soli omnium ser-
... ves te ipsam, & Magnus ille Antonius dicebat: So-
... litaris cum solo corde suo luctamen est; is autem
... inter turbas est, hostes suos nunquam numera-
... vit: qui solus est, extra bellum oculorum, aurium,
... & linguæ vivit, Mors enim (teste Hieremia c. 9.)
... per fenestram ascendit, = Humilitatem comparavit
... omnium mundi vanitatum & honorum abdicatione,
... quæ, cum Romæ esset, sibi oblatas à Pontifice Rhe-
... nensis Metropolis insulas viriliter recusavit = Di-
... vine suavitatis cognitionem gustans & videns, ut do-
... cat Psalmista Ps: 33. acquisivit = Hinc gratia devotio-
... nis & Dei videndi desiderio Volabat (ut Habac: 1.) qua-
... si aquila festinans ad comedendum, dicebat que cum
... Job c. 23. Quis mihi tribuat, ut cognoscam & inve-
... niam eum, & veniam usque ad solium ejus, = atque
... per hæc ad Orationem dulcissimam, altissimam que
... contemplationem pervenit, ubi non tam agere quam
... videri divina videbatur = inde que Amore Dei succensus

335. ardentissimo cum sponsa dicere potuit Deo: Dilectus meus mihi & ego illi; Divinum que sic expectans adventum cum Apostolo cupiebat dissolvi & esse cum Christo; & cum Regio Psaltes Ps: 54. clamabat: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam

Mundo jam & ornato Brunoni restabat, ut constanter invigilaret expectans Dominum, & quod ei parerat custodiret receptaculum: ad quod, vero virtutibus custode Timore Dei; & expectantium solatio spes est precipue: sicut enim & illi veræ Sapientie fuerit principium iste timor, ita & clypeus, munimentum, & preservativum ejusdem conservandæ fuit armamentum. Eccl: 1. Timor Dñi expellit peccatum, & illud Psalms 88. Posuisti firmamentum ejus formidationem, traducit S. Hieron: Posuisti munitiones ejus pavorem, & Ps: III. Beatus vir qui timet Dñum in mandatis eius volet nimis; Ex hoc timore enata pænitentia & corporis castigatio, qua sibi licitas etiam tum corporis tum animi relaxationes constanter interdixit, & omnis generis se dedit pænitentis, macerationibus ac mortificationibus; quæ usque hodie vigent in Carthusiana Familia = Tandem que magna spe & perseverantia sustinuit Dñum expectans adventum, ut S. Job qui dicebat c. 14. Cunctis diebus quibus milito expecto donec veniat immutatio mea: Vocabis me & ego respondebo tibi, & quia bonus est Dñs

operantibus in eum, Thren: 3. v. 25. Venit dies Dñi, 336.
Dies Dñica anno 1101. in qua, cum servum suum Bru-
nonem invenisset vigilantem, & se constanter expectan-
tem, sibi que pulsanti confestim aperientem, eum fecit Luc: 12.
discurrere, & à mortali vita discedere, ut super omnia
bona sua constitueret eum. Fiamus nos pariter si-
miles hominibus expectantibus Dñum suum; domum
cordis nostri a pravis concupiscentiis emundemus; il-
lud canaculum grande virtutibus stratum, ut Christus
olim petebat Marci 14., constituamus; ac in his conser-
vandis sedulo insistamus usque in finem perseverantes,
constanter que adventum Dñi vigilando expectantes:
ne veniat qua hora non putamus, & se in-
dignos repertos, tremendo illo accuse-
mur, judicemur ac condemnemur
iudicio: Quod avertat Deus!

Die X. Octobris. in
Festo S. Francisci Borgia Confessoris

Thema: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti
sumus te. Matth: 19.

Scopus: Multa reliquit S. Franciscus Borgia in
effectu; sed plura, immo infinita, reliquit
affectu, ut Christum sequeretur.

1. Sunt opes (ait S. Laurent: Justin: De Casto Connub:

336. cap: 6.) arma diaboli, tentationum fomentum, ru-
bigo mentis, exterminium quietis, & ideo Bernardus
Opusc: de Carit: c. 18. Quid, inquit, sanius homini
quid iucundius, quam mundum contemnere... & mi-
dum habere sub pedibus & nihil in eo videre quod
appetat, ¶ Si cognovisses (addit Nicolaus S. Bert
Notarius) quam dulce sit cupiditates fugisse, ma-
dum habere sub pedibus, & ex altissima pauperi-
tis speculâ respicere vanitates & insanias sub-
At verò ad Christum perfecte sequendum non
sicit effective solum omnia mundi relinquere
sed & affective ea omnia oportet contemnere
enim utcumque vult, ut se sequentes relinquat
nia; sed & addit Luc: 14: Qui non renuntiat omni-
quæ possidet, non potest meus esse discipulus, ultra
relictionis effectum vult & renuntiationis affectum.
Nos etenim quarit Deus (ait S. Augustinus L. 1. cap.
99. in Matth: 13.) non sine nobis nostra, aliâs enim
crebri intuitus eorum, quæ deseruimus (ut loquitur
ais apud S. Thomam in Catena ad Luc: 9. v. 62.) prop-
consuetudinem trahunt ad retrò acta & ¶ Ad hoc
Franciscus Borgia tot ac tanta quæ possidebat re-
quit in primis solo affectu; dein verò & ea & carnis
possibilia simul effectum reliquit & affectum. ¶ Dat nuda
nubum Jesum perfecte sequeretur. 2. Ecce nos re-
liquit

sequimus omnia). Franciscus Gandiæ Dux IV. a. 337.
Maternis abavis regia stirpe oriundus, Carolo V. Casari
familiaris, Principatus Catalauniæ Prorex potentissimus, cum ad Granatense sepulchrum Isabellam
imperatricem detulisset, in ejus vultu sedè commu-
tato mundanarum rerum caducitatem relegens, vo-
to se adstrinxit, rebus omnibus cum primum liceret
abjectis, Regum Regi unice inserviendi. O mors bonū
est iudicium tuum! Eccl. 41. Ut mors fieret (ut ait Aug.
De Civ. 1. 13. c. 4.) instrumentum, per quod transiretur ad
vitam, Gen: 3. Memento homo quia pulvis es, & in pul-
verem revertèris; & hæc mente revolvens apprime cog-
novit quod vanitas vanitatum & omnia vanitas erant
sub sole sunt: Eccl. 1. Deditque cor suum ut sciret
videntiam atque doctrinam, agnovit que in mundanis
omnibus nil aliud esse, quàm vanitatem & afflictionem
spiritus. Ex eo itaque jam toto cordis affectu mundana
omnia contempsit, usque dum posset quod voverat, ipso
complere effectu: divitiis & auro affluebat, & hæc jam
habitabatur propter Christum detrimenta, & contemne- Phil: 3.
bat ut stercora, sciens, ut Apostolus Phil: 4. & humilia-
ri & abundare; Honore & dignitate mundo conspicuus,
raram jam sectabatur humilitatem, & sui despectionem,
erga subditos mirabilem benignitatem & affabilitatem;
in medio deliciarum ciliis ipse aliisque occultis ute-
batur rigoribus; in conviviis adeo sobrius, ut brevis
tempore

338. tempore corpus olim robustissimum, ad extremam
usque maciem redegerit; in conjugio castissimus &
moderatissimus; ac tandem tantum virtutis incremen-
tum adhuc manens in saeculo fecit, ut inter tot nego-
riorum turbas jam religiosa perfectionis videretur
emulator. Verè Beatus vir, qui post aurum non
abiit, nec in thesauris speravit: qui potuit trans-
gredi & non est transgressus: facere mala & non fecit
& ad rem nostram diserte dixit S. Thomas ad c. 1. d. 1.
Nihil demonstrat ita mentem sapientis perfecti, sicut
quod sciat uti quolibet statu, quod S. Gregorius

Hom: 16. cat. artem omnino & miram disciplina scientiam
in brechi.

Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te
liquit simul affectu & effectu quae possidebat
ciscus Borgia. Mortua Eleonora de Castro coniugis
cujus vitam & omnes sortes suas in Dei manibus
posuerat magna voluntatis conformitate, se quam-
primum ab omnibus solvi curavit negotiis, & sub
Religiosum in Societate IESU amplexatus est, sic-
que omnia quae jam diu abhinc reliquerat
mo & voluntate, re nunc ipsa reliquit, aeternum
mundo valedicens, divitiis, honoribus, ac dignita-
tibus generoso renuntians animo, ut propius Chri-
stum sequeretur, perfectius quae imitaretur, qui
tus in praesepio vilibus indutus est pannis, Luc. 22.

Et nudus in cruce moriens non habuit ubi caput 359.
reclinaret. Math: 8. Sanctus namque Basilius sen-
tit, quod soli virtutum non prosint affectus, dum, cum
quis potest, in earum actibus ipso se ^{non} exercet effectu. Is
inquit in Regul: suis Disput: 7.) similiter facit, ut si
quis diceret edificare, nec unquam tamen edificaret,
ascendere, & quæ didicisset, ea in actum nunquam
conceret, et Christus illi juveni dixit vis perfec-
tus esse, vade vende omnia quæ habes, docens per-
fectionem stare in reali & effectiva rerum tempora-
lium abdicatione. In eo archioris vitæ studio se
quoque ipsum abnegare, & crucem suam tollere vo-
lens Franciscus ut Christum sequeretur, jejunia
horreas catenas, cilicia, & longas flagellationes mul-
tiplicavit: de Magno Principe omnium humillimus
& servus factus est, ter sibi oblata Romanam
purpuram constantissime recusavit; cunctis sub-
esse nulli præesse cupiens, ex obedientiæ virtute
societatis totius suscepit in vitiis gubernium, quæ,
insigni prudentia, copiosissimo fructu, & ingenti
per orbem dilatazione ipsius societatis, regit rexit,
interim de se ita demissè sentiebat, ut peccatoris
nomen sibi proprium faceret, & in vilioribus se-
cam domi, quàm in Xenodochiis exercebat minis-
teriis, ut videntes in tantæ humilitatis admira-
tionem

4. Sed non sola presentia reliquit, sed & possibilium infinita (saltem potentiam & syncategorematicè ut loquuntur Philosophi) & ea fuit causa, dum de determinato statu Religionis deliberaret, Societatem Iesu præligendi, ut scivisset ea omni dignitati aditum medio voto occludi: volebat enim posibles omnes a se excludere dignitates ut Christum propius sequeretur, qui non venit ministrari sed ministrare, Luc: 22. & de se dixit per Prophetam Ps: 22. Ego vermis sum & non homo, Ps: 68. pauper sum ego. 2. Cor: 8. Propter nos egenus factus est cum esset dives, & sic sanctus noster dicere potuit cum Apostolo Act: 20. Argentum aut aurum aut vestem nullius concupivi, & si forte plura desideraret, ideo solum esset ut plura pro Christo relinqueret. Tanta igitur mundanorum & sui ipsius despectione, magnum virtutum acquisivit Thesaurum in Christo, quem unice diligebat & cogitabat: Vis nosce (ait S. Fulgentius hom: de sta. Confess: ubi sit thesaurus huius? attende quid ames; vis nosce quid amas, attende quid cogites: hoc est enim; Magnus is est, qui sola æterna concupiscit ait Gregor: 1. 4. Mor: c. 34. ipse Plantus dicebat: Virtus omnia in se habet omnia adsunt bona, quem penes est virtus, & Seneca Lib: de moribus quærit: quæ sunt maximæ divitiæ & respondet: non desiderare divitias, & Magnus Gregor.

non in illud: exiit qui seminat: sola divitiæ vera
 sunt, quæ nos virtutibus divites efficiunt. Deducamus
 jam quanta Deus eum premiaverit gloria, qui pro se
 tot, tanta, & tali modo reliquit? cum ultra centuplum
 vita æterna promittatur relinquenti domum, aut fratres
 aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut fi-
 lios aut agros propter nomen Christi: quot centupla
 respondet tot relictis à S. Francisco Borgia? & quæ
 gloria eomodo relictis? Discamus ab illo ter-
 rena cuncta despiciere, atque sola æter-
 na sectari, & desiderare

Die XV. Octobris. in Festo
S. Theresiæ Virginis

Thema: Prudentes ~~ut~~ verò acceperunt oleum in vasis
 suis cum lampadibus: Math: 25

Scopus: S. Theresia in eò prudentissima, quod oleum
 virtutum conjunxerit, cum doctrinae lampadi-
 bus

1. Prudentia (quam Jamblicus scolæ dictator Ocu-
 lum intellectualem appellavit, Philo: Sydus inoculare
Chrysostomus Reginam cogitationum, animæ que lucer-
 nam) ab Aristotele definitur: Habitus vera cum rati-
 one activus, circa ea quæ & bona & mala homini
 sunt, & à S. Augustino. L. 83. q. 32. cognitio rerum ap-
 petendarum & fugiendarum, Hæc est, quam Salomon
Scientiam vocat Sanctorum Prov: 8. & S. Thomas. 2. 2. q. 47.

reser-
 am po-
 isophi-
 mos
 Ein
 delect-
 it. Cui-
 ni. 500
 9: 21
 ego
 it. di-
 stob
 is an-
 esse
 mnt-
 i acc-
 7 &
 Copte
 see
 laque
 Mar.
 bel-
 sca
 ka.
 ego

art. 2. Rectam rationem agibilium: unde ille
 prudens est, qui ea seligit, quae sibi ad intentum
 finem aptiora sunt: Qui congregat in messe (Prov. 10)
 filius sapiens; qui autem sterilitate aestate filius confusio-
 nis est, Vera namque prudentia est, teste Divo
 Bernardo L. 1. de Consid. c. 7. quae regit affectus, diri-
 git actus, corrigit excessus, componit mores, vitam
 honestat & ordinat: Postremo humanarum pariter
 & divinarum rerum scientiam confert, Haec om-
 nino completa videmus in Beata Theresia, quae
 prudenter accipiens oleum in vasis suis cum lan-
 padibus, & virtutes congregavit excellentes, & scien-
 tiam rerum divinarum sibi comparavit.

Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis,
 oleum virtutum esse symbolum, commune est con-
 cionatorum immo & Ascetarum dictum, eo quod le-
 niat, luceat, & ardeat: lenitas enim & lumen, virtutes
 quae proximum propter Deum respiciunt, significant
 ardor vero eas, quae ad Deum ipsum immediate diri-
 guntur: in quibus duobus universa lex pendet & Pro-
 pheta Math. 22. Id etiam indicare videntur haec
 verba Eccl. 9. Omni tempore sint vestimenta tua
 candida, & oleum de capite tuo non deficiat, in cogi-
 te enim quasi vasa existunt olei virtutum, quae
 instrumenta & quasi receptacula sunt anima

potentia sensus que corporis: in his vasis accepit
 sancta virgo Theresia omnium virtutum oleum sanc-
 tam, magna prudentia cogitationes sui intellectus
 regens et voluntatis affectus: hos, ut vera Christi spon-
 sa, fixit omnes in tantum sponsum, quem ut talem
 continuo amabat et cogitabat, et a quo hoc dulcissimum
 meruit audire eloquium: Deinceps ut vera sponsa, me-
 um zelabis honorem; jam ipse sum totus tuus, & tu
 tota mea, & horum sponsatum leges ac pacta ser-
 vans Theresia. Excellentis Castitatis speculum se præbuit
 virginibus; zeli Apostolici prædicatoribus; Contempla-
 tionis cælestium Religionis et Eremiticis, patientiæ &
 fortitudinis Martyribus ipsis, quibus desiderio se æqua-
 vit, et internis dolorum et afflictionum in corde tormen-
 tis: Non enim (inquit S. Chrysostomus Homil: 25: ad
 popul:) solum in ligno suspendi, Martyrem facit: Job
 enim nec carnificem vidit, nec suspensus in ligno, nec
 circa latera laniatus est; attamen multis martyribus
 graviora passus est; Sic Sta Theresia in Carmelita-
 rum reformatione; tot conventuum constructione, pere-
 grinationibus pluribus; multis in anima scrupulis sic-
 citatibus, tentationibus, dubiis, et timoribus incredibiles
 pro Christo sponso perpessa est contradictiones & afflic-
 tiones, dulcissimis tamen interdum solata recreationi-
 bus ac visionibus, multis que de cælo donata gratis
 ab ipso Christo, qui unicuique dat manifestationem

Bulla Canon
 a Greg: XV.

Cor:

spiritus

344. spiritus ad utilitatem: Igitur Theresia prudentissima
in eo fuit, quod eas sibi compararet virtutes, quibus
ita suos dirigeret actus, corrigeret excessus, mores con-
poneret, vitamque suam ordinaret, ut digna tali
sponso, cum eo veniente, introiret ad nuptias, ipsum
que illo virtutum & pietatis oleo ungeret, ut de Ma-
dalena sic ait Bernardus: Felix quæ unxit pedes
jesu, felicitior eadem, quæ unxit caput auctoris, felici-
tissima, quæ rorem unguentarium toti corpori Chri-
sti preparavit.

S. Bernard.

sup: n. 1.

3. In vasis suis cum lampadibus

Bern:
n. 1.

Prudentia humanarum & divinarum rerum sci-
entiam confert, Hanc doctrina lampadem cum oleo
vasis suis paravit Theresia, ex eo prudentissima:
quid enim virtutum oleum in vasis profuisset, si
quando non arsisset in lampadibus? ideo utrumque
preparasse prudentes virgines dicuntur. ista est
tracta agibilium ratio, quæ, ut sponsum Christum mo-
do manifestaret, providit sibi orationibus, & contem-
plationibus de tanta scientia, discretionem spiritus
spiritali animarum directione, ut in ejus scriptis
notum est, unde merito Spiritualis Doctrina ma-
gistra compellatur: sic que lucet lux ejus coram
hominibus, sicut Christus præceperat Math: s. Jaco-
rum in hoc prudentissima, quod tantam sibi pa-
rasset olei seu virtutum copiam, ut & sibi & aliis

sufficere potuerit, cuius defectum alie prudentes sus-
 piata, prudenter responderunt, sibi de oleo suo petenti-
 bus, fatuis: ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius
 ad vendentes & emite vobis, : non sic prudentior & pru-
 dentissima Theresia, oleo & lampadibus abundans se-
 fecit, & docuit, ut magna esset in Regno celorum *Matth: 5.*
 & que in hac vita Coronam Virginitatis, Martyrii, Doc-
 toratus, & gratiarum multarum fuerat condecorata;
 tandem sui sponsi amore saucia, emisso spiritu, ful-
 gentissimam ab eodem reciperet eterna gloria Coro-
 nam, audiens illud ab ipso Deo & Angelis: Veni spon-
 sa Christi accipe coronam *etc.* ipsius nos imitemur
 prudentiam vasa nostra oleo dicto aptantes, atque
 lampades preparantes, ut S. Augustinus docet ser: 23.
 de Verb: Dni: dum sic loquitur: Sapien^{illam}tiam lampa-
 des ardebant de oleo aeterno, de conscientie securita-
 te, de interiore gloria, de intima charitate, etenim
 non habent oleum (teste Hieron: l. 4. in Matth: 25.) qui
 virtutum opera negligunt, & caveamus precipue
 ne defectu olei lampades nostrae extinguantur, seu doc-
 trinae nostrae opera nostra non respondeant: Tunc
 namque, ait S. Aug' supra, lampades nostrae non extin-
 guentur si interiore conscientie oleo vegetentur, : ut
 tandem nostrae prudentie coronam merea-
 mur in caelo sempiternam

Die

Die **XXVIII.** Octobris
 in Festo **S. Simonis & Judae Apostolorum**

Thema: Quia de mundo non estis... propterea odit vos mundus. joan: 15.

Scopus: isti duo sancti de mundo non erant, quia mundana despicientes, ad caelestem patriam continuo tendebant.

1. Rogat nos Apostolorum Princeps, ut tanquam advenas & peregrinos, nos habeamus super terram. Quae autem advena & peregrini praestat? utique non fixum domicilium, non inutilibus detinentur, sed ad patriam aut finem peregrinationis tendentes, iis praecise videtur, quae vident ad suum condicere intentum, ut quanto citius & securius ad terminum perveniant. In nos in hoc mundo, cum permanentem civitatem non habeamus, sed futuram inquiramus, & ut 1. Petri 2. dicitur: Peregrini sumus omnes & advena: diem & noctem quasi umbra super terram, & nulla est mora habebimus ut tales nos gerere, & iis solim illi, quibus securius ad patriam nostram caelestem perveniamus, in mundanis non nos detinentes rebus, ne mundanos nos videamur, cum simus cives sanctorum & domus Dei superaedificati super fundamentum Apostolorum, Ephes: 2. Ideo nos monet Apostolus idem nos in via huius mundi tardi simus: Sic currite ut non prehensuri

prehendatis, 1. Cor: 9. & Davit dicebat Ps: 17. Perfecit
 pedes meos tanquam cervorum, super excelsa stans
 me, ad majora enim nati sumus, quam quae sunt su-
 per terram. Sic ergo SS. Apostoli Simon & Judas in
 hoc mundo vixerunt, ut de hoc mundo non essent; quia
 respectu mundi, ut peregrini facti sunt, & mundus ideo
 eos habuit ut extraneos; ipsi mundum contempserunt,
 & propterea a mundo sunt odio habiti.

2. De mun-

do non estis, Peregrini in aliquo loco nec sciunt, nec
 servant leges loci illius. ita Sancti Simon & Judas
 nesciebant mundi leges, ut eas servarent, sed ut eas con-
 temnerent ac detestarentur: Leges mundi sunt, ut ha-
 bet S. Gregorius 1. 10. Moral: c. 16. quae falsa sunt vera
 ostendere, quae vera sunt fallacia demonstrare: Haec si-
 bi obsequentibus praecipit mundus: irrogata ab aliis ma-
 la multipliciter reddere, nullis resistentibus cedere, &
 ex Apoc: 22. Lex mundi est, ut qui nocet noceat ad-
 huc; & qui in sordibus est, sordescat adhuc, Inquina-
 ta sunt enim viae illius omni tempore, Ps: 10. Quare
 Sancti nostri ab omni via mala prohibuerunt pedes su-
 os, Ps: 118. a mundi legibus abhorrentes, & viam man-
 datorum Dei currentes, ut pote semper ad caelestem
 patriam tendentes, in quam nil intrabit coinquina-
 tum, Apoc: 21. & quidem ut Christi Apostoli erant
 censu pauperes, (verba sunt S. Petri Chrysologi serm: 28.)

348 loco humiles, viles arte, obscuri vitæ, labore communi
addicti vigiliis, fluctibus mancipati, negati honoribus,
injuriis dati, solo piscium capiti victum vestitum que
conquirentes; quæ omnia directe opponuntur man-
di legibus docentibus concupiscentiam carnis, concupis-
centiam oculorum, & superbiam vitæ; dicunt vero
per rectam patriæ cælestis viam, quam docuit Christo
ductor fidelis dicens: Qui vult venire post me abne-

Matth:
cap: 16.

get semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur
me, & si viros sanctos dixit Philo Lib: de Abraba
esse leges animatas, merito Sanctos Apostolos dixe-
rimus, communem fuisse virtutum omnium tabulam
& legem quandam vivam & animatam, quorum
exemplis ut rectissima regulæ nos conformare debe-
mus. Sua paupertate & terrenorum contemptu
se de hoc mundo non esse, sed ad cælum peregrinos
monstrarunt; quia, ut loquitur Ambros: L. 3. Ep: 19. in
via multa oneri sunt, mediocria usui, & magno va-
hico breve vitæ iter non instruitur, sed oneratur, &
ex Lactantio L. 7. c. 1. Virtutis via non capit magna
onera portantes, = Suis Zelo se peregrinos ostendit
multa peragranter loca, ut Christi legem prædicaret
& leges mundi dissuaderent = Suis prophetis & mi-
culis Cæli cives se profitebantur, unde solim dicit
iac: 1. dare potest omne datum optimum & omne donum per-
fectum = & suam patriam cælum esse testabantur

nil desiderare de saeculo potest, qui saeculo major
 est: Quod verò illos odisset mundus, non curabant,
 quia respiciebant in Magistrum & Exemplar suum
 Christum IESUM, qui dixerat illis: Si mundus vos odit,
 scitote, quia me primum vobis odio habuit, joan: 17.
 & 1-joan: 2. Nolite diligere mundum, neque ea, quae
 in mundo sunt. Non ergo curamus mundi odium, im-
 de eo nobis gratulemur, utpote quod signum est, non
 mundo non esse, sed Cives & haeredes Dei cohaeredes as-
 sem Christi, cui compatiuntur ut conglorificemur: Cui enim
 Christus incipit dulcescere (ait Bern: serm: in illud: Sapi-
 tia vicit malitiam) ei necesse est amarescere. Mundum
 & econtra: Quicumque voluerit amicus esse saeculi
 hujus, inimicus Dei constituitur, Jac: 4. & B. Jacopus
 sic suum finit de mundi vanitate Carmen:

{ Nil tuum dixeris, quod potes perdere;
 Quod mundus tribuit, intendit rapere;
 Superna cogita, cor sit in aethere:
 Felix, qui potuit mundum contempere. }

Die I. Novembris
 In Festo Sanctorum Omnium

Thema: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra
 copiosa est in caelis: Matth: 5.

Scopus: Tantam mercedem promerebimur, si San-
 ctorum cultum, & imitationem procurave-
 rimus.

1. Syracides Eccles: 44. Sanctorum elogia sic con-
 texuit: Laudemus (inquit) viros gloriosos & Pare-
 tes nostros in generatione sua: multam enim glori-
 am fecit Dominus magnificentia sua à seculo. Domina-
 tes in potestatibus suis: homines magni virtute &
 prudentia sua præditi... Homines divites in virtute
 pulchritudinis studium habentes, purificantes in domi-
 bus suis; & si Laus virtutis est merces, ut ait Syne-
 sius Ep: 62. quanta virtutis dicendi sunt. fuisse, cuius
 in cælis merces est adeo copiosa, ut simile quid nec
 oculus unquam vidit nec auris audivit, nec in cor ho-
 minis ascendit, & vicissim teste Tullio L. 3. Tuscul: qq.
 gloria consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene-
 ficientium de excellenti virtute, & apud Senecam: Ep: 79.
 gloria umbra virtutis est; ex mercedis illius copiosita-
 te meritum deduci potest excellentia. Sed quia, ex
 Sancto Gregorio Nysseno in encomio D. Basilii: potior
 est ea laus, quæ per opera præstatur, ac representatur
 quasi diceret, quod aptior modus Sanctos laudandi,
 sit, eis cultus & devotionis nostræ opera exhibere: ideo
 hic de Sanctorum cultu principaliter agere ^{endum} videtur
 videtur; sed et quia juxta Augustinum Satis coluit
 Sanctos, qui imitatus est, eorum quoque imitatio no-
 bis proponenda visa est, ut sic rectam nobis sternamus
 viam ad eam ^{optatam} similem gloriam in cælis promerendam


& quidem hodie non unius aut alterius Sanctorum
proponit Ecclesia laudanda merita, sed omnium om-
nino, qui in caelo sunt: quorum numerus innumerabi-
lis & Joanne sic proponitur Apocal: 7. Audivi nume-
rum signatorum, centum quadraginta quatuor mil-
lia signati; ex omni tribu filiorum israel... post
haec vidi urbem magnam, quam dinumerare nemo
poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis &
linguis: stantes ante thronum, & in conspectu Agni
amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum: &
clamabant dicentes: Salus Deo nostro, &c. itaque
& quomodo omnes colere, & imitari debeamus, hic
sinuabimus, ut in hoc ipso cultu & imitatione, nobis
ea comparemus merita, sine quibus promissa merces
non datur, atque adeo nec de ea nobis in caelis por-
ta recte gaudere & exultare possumus, si ea merita
non congregaremus. ☉

2. Gaudete & exultate quo-
niam merces vestra copiosa est in caelis; -- Laudamus
viros gloriosos; -- potior laus per opera praestabitur
supra: n. 1. = Cultus Sanctorum externus, de quo
hic primo nobis sermo est (qui tamen, ut verus sit,
ab interno devotionis affectu debet provenire) consistit
potissimum in Festorum celebratione, Basilicarum
constructione, altarium, simulachrorum, imaginum
ornatu, veneratione, & publicatione: item in Virtutum
ipsorum Sanctorum descriptione, praedicatione, & quatuor

aut scripto aut verbo laudatione; nec non ipsis de-
 icatorum Templorum visitatione; tandem que in-
 auois in honorem ipsorum praestito obsequio, vel
 ipsis immediate, aut mediis eorum reliquiis, aut rebus
 aliis quoquo modo illos nobis per respectum aliquem
 representantibus seu commemorantibus: & sane iste
 sanctorum cultus & honor, honor & cultus est ipsius
 Dei, quia laudatio servi honor est Domini; laus filii
 patris decus; Quod sic diserte S. Hieronimus affirma-
 vit dicens Ep: 53. ad Ripar: Honoramus reliquias Mar-
 tyrum, ut eum, cuius sunt martyres adoremus: honora-
 mus servos, ut honor servorum redundet in Domi-
 num, qui ait: Qui vos suscipit, me suscipit, sic Da-
 vid Ps: 63. dixit: Laudabuntur omnes recti corde, & Ps:
 116: Laudate Dñm in Sanctis ejus, Eccl: 44. Corpora
 sanctorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vi-
 vit in generationem & generationem: Sapientiam ipso-
 rum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Ecclē-
 sia. Sed ipse S. Augustinus ^{in renet importunos lau-} ~~et in parte in Ecclēgia~~
^{in renet ut medium laudandi docent} ~~et in parte in Ecclēgia~~
^{et in parte in Ecclēgia} ~~et in parte in Ecclēgia~~, dum dicit serm 5: de
 verb: Dñi: Laudes vestrae gravant me potius, & in pe-
 riculum mittunt: toleramus illas, & tremimus inter
 illas, ut doceret scilicet, non vivos, sed mortuos esse
 laudandos juxta illud Sapientis: Ne laudaveris ho-
 minem in vita sua: At idem Augustinus omnes
 ad sanctorum cultum provocans: Bonum laudare sin-
 quit

354 quit de Serm: Dni in monte) non laudato, sed laudan-
tibus prodest, ut illis proficiant, qui etiam imitari
possunt quod laudant, & q: 149. super exodum, ait
Multa Deum non concedere, nisi mediatoris ac
catoris opera & officium intercesserit, innuens in
Deum ipsum, media Sanctorum intercessione a nobis
per cultum postulata, velle nobis favere. unde Da-
vid Rex Is: 138. Dixit: Nimis honorati sunt amici
tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Audiamus Concilium Tridentinum de Cultu San-
ctorum sic late disserens: Doceant Episcopi & ceteri
munus docendi habentes: Doceant (inquit Sess: 25.)
Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas
pro hominibus offerre, bonum atque utile esse sup-
pliciter eos invocare, ad eorum orationes, opem, au-
xilium que confugere; illos vero, qui negant invo-
candos esse, aut asserunt, eorum invocationem ido-
latriam esse, vel adversari honori Mediatoris Dei
& hominum Jesu Christi &c, impie sentire, omnino
que damnandos esse, prout eos jam pridem damna-
vit, & nunc etiam damnat Ecclesia. S. Damascenus
L. 4. de fide Ortod: c. 4. Fontes nobis salutare, ait, fi-
minator Christus præbuit Sanctorum Reliquias mi-
timoda beneficia scaturientes... Quomodo igitur vene-
randa non sunt hæc ossa templa Spiritus Sancti

ad ipso resuscitanda ad gloriam, unde nobis tot ^{357.}
beneficia promanant? S. August: L. 20. contra Faust:
c. 21. Colimus Sanctos etiam dum loca loca deo in
honorem eorum dicata visitamus, ut ex ipsorum lo-
corum admonitione major affectus exurgat. Pertinet
quoque ad Sanctorum cultum sacra de ipsorum ges-
tis lectio, dum modo attentè, & absque curiositate
solitè fiat; non ut legunt ii, qui, Chrysologo teste,
magis gaudent foliorum amœnitate conspergi, quàm
fructuum ubertate nutriri; & inter alia incitamen-
ta colendorum Divorum meritò annumeratur
usus mensuræ cujusdam schedulæ jam frequens in
orbe à temporibus S. Francisci Borgiæ Gardiæ Du-
cis primùm, dein tertii Generalis Societatis Jesu, in
qua Scheda, alicujus Sancti nomen apponitur eomen-
te specialiter colendi, virtus præcipue procuranda, &
sententia itidem frequenter meditanda: sumitur que
scheda illa per sortitionem inter alias plures, ut à Deo
cuique assignata: De hoc pio Sanctos colendi modo
libè scripsit P. Hieremias Drexelius to: 1. Miscel: Tris-
magist: L. 2. à c. 5. 

4. Fortasse quæret hîc aliquis
Quinam Cæsitim præcipue colendi sint? in primis
in re ista cavendum, ne erremus contra quod mo-
net piissimus Thomas à Kempis dum L. 3. imit: c. 58.

556. sic ait: Noli etiam inquirere de meritis Sanctorum
quis alio sit sanctor, aut quis major fuerit in Regni
caelorum. Quidam zelo directionis trahuntur ad eos
vel illos ampliori affectu, sed humano potius quam
divino. Magnum est, vel minimum esse in caelo, pro
omnes magni sunt: omnes filii Dei vocabuntur.
Possumus tamen, eo, quo jam Ecclesia alios alius
praefert ordine, venerari: & quidem nullus erit qui
Matrem Dei primos a Christo Filio suo honores
sibi vindicare negaverit, ob illius tantam dignita-
tem & excellentiam super omnes etiam Spiritibus sa-
lestes? quis deinde refragabitur Sanctos Angelos ad
naturam suam, nostram que tutelam a nobis specia-
liter venerandos? itemque, Sanctos illos, quorum
nomine vel beneficio aliquo gloriamur speciali a
nobis honore titulo gratitudinis colendos, omnes
hortantur: tandemque, Sanctum Josephum, ob
tam cum Christo & Maria peculiarem affinitatem
speciali cultu dignissimum, non est qui non factu-
tur. Sic que gradatim, absque ullo tamen Sancti
alienius praesudicio, ac eorum non discussis meri-
tis, non prohibemur speciali aliquo devotionis affe-
ctu hunc praeter alio Sanctum prosequi. Omnes tamen
omnino tenemur magna veneratione colere, laudare,
praedicare, & in Domino benedicere; nec non &

357.
exorare, ac deprecari, ut mediatores, advocatos & pro-
fectores nostros, ut quod possibilitas nostra non obtinet
eorum nobis intercessione concedatur. D

5. Merces ves-
tra copiosa est in caelis. Loquamur modo de Sancto-
rum imitatione, sine qua ad eam recipiendam mer-
cedem non possumus pervenire: merces enim supponit
merita, ut ipse Deus innuit Apoc: 22. dicens: Qui jus-
tus est, justificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc:
Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicui-
que secundum opera sua, & S. Augustinus Ser: 10. de
ci. Si ad consortium, inquit, Sanctorum Martyrum
pervenire volumus, de imitatione Martyrum cogitemus:
solemnitates enim martyrum, exhortationes martyriorum
sunt, ut imitari non pigeat, quos celebrare delectat, Na-
ud auditam gloriam Sanctorum, ait S. Gregorius Hom:
57. in Evang: inardescit animus, jam que illic cupit as-
sistere, ubi se sperat sine fine gaudere: sed ad magna
praemia perveniri non potest nisi per magnos labores.
Delectat ergo mentem magnitudo praemiorum, sed
non deterreat certamen laborum, S. Joan: Chrysostom:
serm: de Martyribus: Qui sanctorum merita religiosa
charitate miratur, quique iustorum glorias frequen-
ter laude colloquitur, eorum mores sanctos atque jus-
titiam imitetur... Quare aut imitari debet, si laudet:
aut laudare non debet, si imitari detrectat, D

¶ In qui
bis

358. bus verò Sanctos imitari debeamus, ut simili meta-
de gaudeamus, apertissime in hodierno declaratur Eu-
gelio per octo illas Beatitudines ab ipso Christo in
monte propositas: Beati pauperes spiritu quoniam in-
sororum est regnum caelorum, Hic intelliguntur pau-
res spiritu (teste Aug^o L. 1. de Serm. Dñi in monte) humi-
les & timentes Deum, id est, non habentes infantem
spiritum) = Beati mites: quoniam ipsi possidebunt ter-
ram, illam credo terram (ait idem ibidem c. 1.) in
qua in Malma dicitur: spes mea es tu: portio mea in
terra viventium... mites autem sunt, qui cedunt in-
probitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bo-
no malum) = Beati qui lugent quoniam ipsi conso-
labuntur, Lugentibus consolatio promittitur (ideus
tanquam scientibus quid (peccando scilicet) amiserint
& quibus mersi sunt) = Beati qui esuriunt & sitiunt
justitiam: quoniam ipsi saturabuntur, Fortitudo &
satietas congruit esurientibus & sitientibus: laborant
enim desiderantes gaudium de veris bonis, & ante-
rem a terrenis & corporalibus avertere cupientes)
= Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam
consequentur: Hoc enim unum remedium est de
ibid. tantis malis evadendi, ut dimittamus sicut nobis
dimitti volumus; & adjuvemus in quo possumus &
lios; sicut & nos in quo non possumus cupimus ad-
juvari

9. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt
 cordis munditia, hoc est, bona conscientia (idem c. 3.)
 honorum operum, valens ad contemplandum summum
 illud bonum, quod solo puro, & sereno intellectu cerni
 potest, = Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur
 in pace perfectio est, ubi nihil repugnat: & ideo filii cap: 2.
 Dei pacifici, quoniam nihil in his resistit Deo; & utique
 filii similitudinem patris habere debent: Pacifici au-
 tem in semet ipsis sunt, qui omnes animi sui motus
 componentes & subjicientes rationi, & ita sunt ordina-
 ta omnia, ut id quod est in homine præcipuum, & ex-
 cellens hoc imperet, ceteris non reluctans, quæ sunt
 nobis bestis que communia, = Beati qui persecutione
patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est reg-
 num calorum, Hæc octava sententia (ait c. 4.) per-
 fectum hominem declarat... Atque ita perfecti, omnes ex-
 trinsecus illatas molestias pro veritate & justitia sus-
 tinemus, & cap: 5. Extrinsecus maledicta, persecutio-
 nes & detractiones promittuntur, de quibus tamen mag-
 na merces est in cælis, quæ sentitur in corde patien-
 tium, eorum qui jam possunt dicere: gloriamur in
 tribulationibus, & cap: 3. sic advertit: itaque in
 prima & octava sententia nominatum est regnum
 calorum... quia octava tanquam ad caput redit,
 quia consummatum, perfectum que ostendit & pro-
 bat. Ad hanc igitur (monet Ven. Beda serm. 18.

de sanctis) operum salutarium delectet nos perveni-
 re palmam... cursum nostrum nulla sæculi cupidita-
 te tardemus... Hæc sunt enim vestigia, quæ nobis
 sancti quique revertentes in patriam reliquerunt, et
 eorum semitis inhaerentes sequeremur & gaudiamus.
 Quam quoque hinc facientem exhortationem habet
 Kempensis L. 1. p. mit: c. 18. per totum: de exemplis
 SS. Patrum. Quid non properamus (Clamat S. Cy-
 prianus de Mortalit: in fine) & currimus, ut patriam
 nostram, videre, ut parentes salutare possimus...
 Ad hos, fratres dilectissimi, avida cupiditate proper-
 mus, & cum his citò esse, ut cito ad Christum
 venire contingat, optemus, Gaudete & exultate
 quoniam merces vestra copiosa
 est in Cælo ~

~

Die XI. Novembris ~
 in Festo S. Martini Episcopi & Confessoris.

Thema: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus
 tuum lucidum erit, Luc: 11.

Scopus: S. Martinus per simplicitatem rectæ ad De-
 um intentionis lucerna undique exultat.

1. Nemo (incipit hodiernum Evangelium) Lucernam
 accendit & in abscondito ponit, neque sub modio, sed
 super candelabrum. ita Deus, qui sanctos Episcopos

362. fulgentior evadit, quia a Deo ad aliorum exemplum
super aliorum constituitur ac manifestatur Ecclesie
cacumina, Dignitates nempe ac Prælationes. Sicer-
go hodie S. Martinus simplicissima, qua propter
Deum operabatur intentione, Ecclesie Lucerna ful-
gentissima, ab ipso Deo constituitur ~

2. Si oculus
tuus simplex fuerit, Non valde attendas (Cicilius
Augustinus in Ps: 31.) quid homo faciat; sed quid cum
facit, aspiciat, & Seneca Ep: 95. Non in facto, inquit
laus est, sed in eo quem admodum fiat... proponamus
oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quod
omne factum nostrum, dictum ve respiciat. Ideo que
forsan toties in canticis Dilocus sponsæ suæ laudat
oculum: cap: 4. Vulnerasti cor meum soror mea pro-
sa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum,
cap: 1. Oculi tui columbarum, c. 4. Oculi tui columba-
rum absque eo quod intrinsecus latet, & c. 7. Oculi
tui sicut piscine in Hesebon: quia in urbe hac
duæ erant piscine crystalli æmula: oculi vero colu-
barum fideles & casti. Est ergo recta intentio qua
omnes actus nostros decorat, bonificat, & illustrat,
& Gregorius dixit: Bases uniuscujusque animæ
intentiones suæ: nam sicut fabrica columnis, cele-
stium autem basibus innituntur, ita vita nostra
virtutibus, virtutes vero in intima intentione sub-
stantur

tunt, & S. Laur: Justin: de regim: Pralat: c. 22. in cunctis
 operibus, inquit, quicumque animi salutem exoptat, in-
 tentionis suae componat oblitum, & ad illum quem Di-
 vina lex mandat dirigat finem, ut non casso labore
 desudet, & teste Richardo Vict: de statu inter: hom: 17.
 Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine intentio-
 ne bona. 9

3. Hanc intentionem rectissimam in cunctis
 suis operibus adhibuit Beatus Vir Sanctus Martinus,
 Qui cum decennis esset, in vilis parentibus gentilibus,
 jam in catecumenorum se adscripsit numerum cum
 intentione S. Baptismum suscipiendi; at ante illum
 purissimam ad Deum jam habebat in omnibus intentio-
 nem, ut nudo pauperi sibi in Christi nomine refri-
 gerium petenti, partem sibi necessarie chlamidis contu-
 lerit. Decem & octo annos natus & nostrae fidei mys-
 teria edochus, baptizatus fuit: ex quo sincere & fide-
 liter Deo in omnibus servivit; & saecularem quam
 sectabatur militiam ea intentione deseruit, atque ad
 Hilarium Pictaviensem Episcopum se contulit, ut e-
 jus perficeretur directione, consilio, & instructione.
 Episcopus Tironensis effectus salutem animarum
 & Dei gloriam unice pro fine habebat: inde quae piis-
 sima ad eum finem opera, Monasterium aedifica-
 vit, ubi cum octoginta Monachis sanctissime aliquan-
 diu vixit. & in signum rectissima huius suae usque
 ad mortem intentionis, Dicebat Deo jam morti proxi-
 mus:

mis: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius
 non recuso laborem, & discipulis suis se divertentibus
 Sinite me, aiebat, calum potius, quam terram aspi-
 cere, ut suo jam itinere iturus ad Dñm spiritus iri-
 gatur, Dæmoni quoque se implicare volenti anxia-
 ter dixit: Quid astas cruenta bestia? nihil in me
 funeste reperies, in quibus patet, quam simplicem
 S. Martinus custodierit suæ intentionis oculum. ut
 habetur Sap: 8. Iustum deduxit Dñus per vias rec-
 tas... Cogitatio iustorum apud Altissimum, Ephesd.
 Servientes sicut Dño, & non hominibus, facientes vo-
 luntatem Dei ex animo, Ps: 43. Propter te Dño ma-
 hificamur tota die, 1. Cor: 10. Sive manducatis sive
 bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei
 facite, Ps: 26. Quid mihi est in celo, & a te quid
 volui super terram, Deus cordis mei, & pars mea
 Deus in æternum, Ps: 20. Introibo in potentias Dñi,
 memorabor justitiæ huius solius: Deus docuisti me à
 iuventute mea, & usque nunc pronuntiabo mirabi-
 lia tua: Hæc omnia peroptime S. Martino appli-
 cari possunt.

3. Totum corpus huius lucidum
 erit. Prædicta sua ad Deum semper directa in-
 tentione, factus est S. Martinus orbi universo lu-
 cidissimus, & undequaque fulgentissimus; licet enim
 quæ quantum ^{erat} ex parte sua, illius rectissimæ intenti-
 nis lucerna mansisset quasi sub modio abscondita

juxta S. Gregorii consilium, Hom: 11. in Evang: Sit sic
opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto,
ut & de bono opere proximis præbeamus exemplum,
& tamen per intentionem, qua soli Deo placere quæri-
mus, semper optemus secretum; attamen, quia, dicen-
te Augustino L. 5. de Civ: c. 12. Umbra instar gloria est,
qua fugientes sequitur, sequentes fugit, Deus eam tã
recte intentionis Lucernam voluit in altum extollere
ut non modo opera sanctissima, B. Martini lucerent
sed & persæpe ejus etiam abscondita intentio. Sicque
primum illum, heroicæ charitatis in pauperem ac-
tum; piissimam que in eò Martini intentionem cla-
rissime manifestavit mundo Dominus, cum Christus
ipse parte illa vestis indutus apparuit dicens: Martinus
Catecumenus hac me veste contexit. Patrescit quoque
Deus Lucernam recte adeo ejus in omnibus intentionis,
curam illi tradens sui gregis Pastoralem, per quam ze-
lus ille, quo intus pro Dei gloria ardebat salvandarũ
animarum, in mundo universo resplenderet; tandem
que, tam in vita, quàm in morte præclaris eum mira-
culis illustravit, & in orbe toto clarissimum reddidit.
Sicque tantum absfuit, ut sub modio maneret Lucer-
na Martinus, ut potius super patentissimam cande-
labrum posita fuerit à Deo in omnium conspectum,
edificationem, & admirationem: nam, ut de S. Cypria-
no loquens Pontius Diaconus dicebat: Magis dignus

366. *efficitur, qui quod meretur excusat, & meriti pre-
rogativa, est honoris repulsa, ut de S. Maximo
Episcopo pronuntiavit Eusebius Emisrensis. & Aug.
Hom: 13. ex 50. prudenter monuit: Honor te querere ve-
bet, non ipsum tu; Mundandus est ergo intentionis
oculus (ut habet vox dilecti apud Kempens: L. 3. imit: 23)
ut sit simplex & rectus, atque ultra omnia varia me-
dia ad me dirigendus, & Joan: Ep: 2. Videite vosmet
ipsos ne perdati quæ operati estis, sed ut mercedem
plenam accipiatis: Quod ut nobis contingat, Beati
Martinum & invocemus, & imitemur, omnia propter
Deum unice operantes, ut cum
illo usque ad Ephyreum
altollamur. Amen*

*Die XIII. Novembris
In Festo S. Stanislai Kostkæ Confess:*

*Thema: Nolite timere Pusillus grex, Luc: 12.
Scopus: S. Stanislans per pusilla & minima ad
excelsa & maxima pervenit*

*1. Videbe (dixit Jesus Matth: 18.) ne contemnatis unum
ex his pusillis, Licet enim omnis parvitas munde
sit despecta & odiosa, Deo tamen in multis pergra-
ta perhibetur, qui jam dicit. Sinite parvulos venire
ad me, jam: Si quis est parvulus veniat ad me,*

et abscondita revelat parvulis Matth: 11. in canticis vocat Sponsa Dilectum suum fasciculum, non fascem, ut ex minimis quasi conflatum nobis ostendat: sunt etenim ut plurimum pretiosiora, etiam creatis oculis, quae sunt minima: ut in pluribus ex auro, ebore, marmore et artefactis, quae eo plus, et merito demirantur homines, quò in minori materia perfectius sculpta et distinctae sunt omnes objecti representati partes. Sic quoque in oculis Dei multum placet parvitas illa humilitatis, quae quis se omnium existimat minimam, ut per Samuelem dictum est Sauli: 1. Reg: 15. Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? quasi diceret, inquit S. Gregorius in Job: 28. Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi; sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi, et addit Tanto fit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi, et tanto pretiosior Deo, quanto sibi vilior; Placet Deo plurimum et parvitas paupertatis; qui ad pauperes se convertit, eos replet bonis, divites dimittens inanes: Praeplacet tandem maxime parvitas illa, quae viam perfectionis ineuntis, regularum vel minimarum observantiam procurant, et a culpis etiam minimis diligentissime cavent: Atque per haec minima et tempore etiam minimo, pervenit Stanislaus noster ad perfectionem maximam, et ad gloriam sine fine duraturam.

Pusillus grex = 1^o pusillus in quantum minima²

368. fugiebat peccata & imperfectiones, quas propter leni-
tatem despiciunt homines & saepe nec advertunt. Ad
ipsum ingressum in societatem jam usque adeo pecca-
tum abhorruit, ut in re gravi nulla Dei aut Ecclesiae
praecepta unquam fuerit transgressus; immo & multis
ex illo tunc superabat Religiosos modestiâ, gravita-
te & obedientiâ, quâ ubique sibi comparvulis exem-
plum praebebat sive in templo, sive in schola, hos-
pitiis, conversationibus, conviviiis &c. At in Socie-
tatem multis devictis contradictionibus ingressus, jam
artem illam perfectionis magnam per parva, minuta,
& exigua exercere cepit omni conatu; ita vel
minimas devitans imperfectiones, ut ne unam qui-
dem vel lyncei oculi in eo notare potuerint: sciebat
enim, quod: Qui spernit modica paulatim decidet,
Ecl: 19. & quod teste Bernardo de ord: vite & mo-
rum instit: A minimis incipiunt, qui in maxima
prorruunt. Quid enim (inquit S. Aug: Ep: 106:) inter-
est ad naufragium, utrum uno grandi fluctu navis
operiatur, & obruatur; an paulatim subrepens aqua
in sentinam, & per negligentiam derelicta, atque con-
tempta impleat navem, atque submergat? & S. Bo-
navent: proc: Res: 5: c. 10. Ex minimis guttis multi-
plicatis inundationes aquarum fiunt, quae etiam
magna aliquando menia subruunt, per modicam
rimam aqua latenter instrui, donec submergatur,

& sicut parva sepe scintilla magnum excitavit 369.
incendium, ita ex spreto minutis imperfectionibus
magna anima ruina imminet: quare Augustinus
monet: Præcavisti magna: de minimis quid agis?
projecisti molem, vide ne arenam obruaris, 3

3. Nec
solum tanto studio minutissimas vitabat imperfectiones,
sed simili conatu Minimas regulas, ordinationes,
instructiones que servabat: adeo ut, nec Societatis sub-
tilissimam unquam solverit observantiam; mini-
mas captabat occasiones ad profectum, & ut dili-
gentissimus perfectionis sectator, minimarum etiam
mortificationum exercitio vacabat, tam in rebus ex-
ternis, quam in internis; temporum, item Minimo-
rum perfecte occupandorum curam habebat maxi-
mam, perfectionis acquirendæ avidissimus, ac deni-
que eam minimo tempore assecutus est, qui perfectus
effectus 19.æ ætatis suæ anno obiit, non expleto primo
adhuc Novitiatûs anno, tempore modernus, perfectione
antiquissimus, juxta illa verba Sap: 4. ætas senectu-
ris vita immaculata... Raptus est, ne malitia mutaret
intellectum ejus... consummatus in brevi explevit tem-
pora multa: placita enim erat Deo anima illius,
& sanè ex omnium Ascetarum sensu in prædictis mi-
nimis consistit virtus & perfectio, in cavendis scilicet
malis ^{etiam} minimis, & procuranda bonorum etiam minimo-
rum


370. rum observantia: pro quo sic loquitur Richardus à
S. Vict: explicans verba illa Cant: 5. Pessulum ostii mei
aperui dilecto meo, Replicat sponsa (inquit) quomodo
ut dilecto fruatur minimas negligentias caverit; quæ
offensam ipsius provocare potuerunt, in locutione scilicet
inutili, vel cogitatione, in commodo corporali, vel libertate
vaga, quæ per pessulum, idest seram intelligi possunt
sera enim cum parva sit & angusta latitudinem ta-
men ostii concludit, ut nisi illa reserata patere non pos-
sit: ita hæc minima nisi rescindantur, non dignatur
dilectus ita venire ad animam, ut perfecte ad eam in-
tret, & perfecta gratiâ eam repleat: parvæ negligentie
obscurant animam, & impedimentum faciunt ampliori
gratiæ, Aucusque cit: Richardus 9

4. Nolite timere
pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vo-
bis regnum: Sanchus Stanislaus per dicta minima
quæ S. Bernardus Semina eternitatis vocat, ad gra-
dia & maxima pervenit: quia minimum pro magno
placebat Deo, Eccl: 29. & ut Plinius dixit L. 11. c. 2. Res
natura nusquam magis quam in minimis tota est,
& Doctor Angelicus 1. p. q. 22. a. 3. ad 1. omnis (ait)
scientia operativa tanto perfectior est, quanto ma-
gis particularia considerat, in quibus est actus, Per-
venit ergo tempore adeo brevi ad perfectionis apicem,
ad altæ contemplationis gratiam; ad plurima celestia
dona, inter quæ bis ab Angelis S. Eucharistiam sibi

Serm: 15.
ad Cler:

deserri promeruit; & in agone B^e Mariae & S. Barba- 371.
ra, quarum devotissimus cliens fuerat, praesentia re-
creari; ac denique ad Regni~~um~~ calorum gloriam
evolare, ubi supra multa à Deo constitutus est, ut
promiserat Divina ejus munificentiâ, Matth: 25. Euge ser-
ve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super mul-
ta te constituam, intra in gaudium Dñi tui, & ut dixerit
Apostolus 2-Cor: 4. Quod in presenti est momentaneum
& leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimita-
te aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non eni
respicit Deus quantum, sed ex quanto faciamus pro
ipso: sic Proverb: 31. Laudatur Mulier fortis, dicitur
que misisse manum suam ad fortia: & tamen quae de
illa referuntur minuta sunt, pusilla & minima opera,
ut quod Digiti ejus apprehenderunt sisum... sindo-
nem fecit, & cingulum tradidit chanaanæ, &c. & propte-
rea dicitur, quod ridebit in die novissimo; panem olio-
sa non comedit, & divitias aliarum multarum super-
gressa est universas; unde deducere debemus, quam
Deo grata, & nobis fructuosa sit haec minimorum cu-
ra, & ars illa, quam S. Stanislaus nos docuit maxi-
morum acquirendorum per parva & minima: Vide-
mus ergo, ne unum de pusillis istis contempnamus, Matth: 23
sed sedulo conemur Sanctum istum parvulum imitari,
cum Christus ipse dixerit Matth: 18. Amen dico vobis
nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli,

372. non intrabitis in Regnum caelorum: Quicumque
ergo humiliaverit se sicut parvulus iste,
hic est major in regno caelorum)



Appendix

Pro quibusdam Concionibus extraordinariis pro temporum, Locorum, aut circumstantiarum exigentia habendis



Cum in hoc maximè concionandi genere magnū subsit periculum, plus æquò vanitatis, ac verborum adulationibus indulgendi; mihi utile me facturum iudicavi, si ex piis quibusdam Concionatoribus quædam hic adnotarem, ut has quoque concionandi materias ad sensum reducerem moralem, si auribus non adeo gratum, animis tamen longe utiliores; & ministro Apostolico accommodatiores, quò puram veritatem in ea quæ Veritatis est Cathedra clarius proponendam suscipiamus. Sola brevissime insinuabo Thematà, & ex his probandas propositiones, ad quorum amplificationem satis videntur, quæ per opusculum istud dedimus dispersa, quæque ope iudicum reperire non erit difficile

Pro Die vel Anniversario
Dedicationis Ecclesie

Thema: Ait Jesus: hodie salus domui huic facta est.
(Luc: 19.)

362. *fulgentior evadit, quia a Deo ad aliorum exemplū
super aliora constituitur ac manifestatur Ecclesie
cacumina, Dignitates nempe ac Prælationes. Sic er-
go hodie S. Martinus simplicissima, qua propter
Deum operabatur intentione, Ecclesie Lucerna ful-
gentissima ab ipso Deo constituitur* ☽

2. *Si oculus
tuus simplex fuerit, Non valde attendas (dicit S.
Augustinus in Ps: 31.) quid homo faciat, sed quid cum
facit, aspiciat, & Seneca Ep: 95. Non in facto, inquit,
laus est, sed in eo quem admodum fiat. -- proponamus
oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quē
omne factum nostrum, dictum ve respiciat, Ideo que
forsan toties in canticis Dilectus sponsæ suæ laudat
oculum: cap: 4. Vulnerasti cor meum soror mea spo-
sa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum,
cap: 1. oculi tui columbarum, c. 4. Oculi tui columba-
rum absque eo quod intrinsecus latet, & c. 7. Oculi
tui sicut piscine in Hesebon: quia in urbe hac Rega-
dua erant piscine crystalli æmula: oculi vero colu-
barum fideles & casti. Est ergo recta intentio qua
omnes actus nostros decorat, bonificat, & illustrat,
& Gregorius dixit: Bases unius cujusque animæ sunt
intentiones suæ: nam sicut fabrica columnis, colu-
næ autem basibus inniuntur, ita vita nostra in
virtutibus, virtutes vero in intima intentione subsi-
stunt*

hinc & S. Laur: Justin: de regim: Pralat: c. 22. in cunctis
 operibus, inquit, quicumque animi salutem exoptat, in-
 tentionis suae componat oblitum, & ad illum quem Di-
 vina lex mandat dirigat finem, ut non casso labore
 desudet, & teste Rycharo Vict: de statu inter: hom: 17.
 Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine intentio-
 ne bona. 9

3. Hanc intentionem rectissimam in cunctis
 suis operibus adhibuit Beatus Vir Sanctus Martinus,
 qui cum decennis esset, invitis parentibus gentilibus,
 iam in catecumenorum se adscripsit numerum cum
 intentione S. Baptismum suscipiendi; at ante illum
 purissimam ad Deum jam habebat in omnibus intentio-
 nem, ut rudo pauperi sibi in Christi nomine refri-
 gerium petenti, partem sibi necessariae chlamidis contu-
 lerit. Decem & octo annos nativis & nostrae fidei mys-
 teria edochis, baptizatus fuit: ex quo sincere & fide-
 liter Deo in omnibus servivit, & saecularem quam
 sectabatur militiam ea intentione deseruit, atque ad
 Hilarium Pictaviensem Episcopum se contulit, ut e-
 jus perficeretur directione, consilio, & instructione.
 Episcopus Turonensis effectus salutem animarum
 & Dei gloriam unice pro fine habebat: inde que ^{inter} piis-
 sima ad eum finem opera, Monasterium aedifica-
 vit, ubi cum octoginta Monachis sanctissime aliquan-
 diu vixit. & in signum rectissima huius suae usque
 ad mortem intentionis, Dicebat Deo jam morti proxi-
 mus:

mus: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius
 non recuso laborem, & discipulis suis se divertentibus
 Sinite me, aiebat, calum potius, quam terram aspi-
 cere, ut suo jam itinere iturus ad Dñm spiritus di-
 rigatur, Dæmoni quoque se implicare volenti audac-
 ter dixit: Quid astas cruenta bestia? nihil in me
 funeste reperies; in quibus patet, quam simplicem
 S. Martinus custodierit suæ intentionis oculum. ut
 habetur Sap: 9. Iustum deduxit Dñs per vias rec-
 tas... Cogitatio iustorum apud Altissimum, Ephes. 6.
 Servientes sicut Dño, & non hominibus, facientes vo-
 luntatem Dei ex animo, Ps: 43. Propter te Dñe ma-
 hificamur tota die, 1. Cor: 10. Sive manducatis sive
 bibitis sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei
 facite, Ps: 26. Quid mihi est in cælo, & a te quid
 volui super terram, Deus cordis mei, & pars mea
 Deus in æternum, Ps: 20. Introibo in potentias Dñi
 memorabor justitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à
 juventute mea, & usque nunc pronuntiabo mirabi-
 lia tuæ; Hæc omnia peroptime S. Martino appli-
 cari possunt.

3. Totum corpus tuum lucidum
 erit. Prædicta sua ad Deum semper directa in-
 tentione, factus est S. Martinus orbi universo lu-
 cidissimus, & undequaque fulgentissimus; licet enim
 quæ quantum ^{erat} ex parte sua, illius rectissimæ inten-
 tionis lucerna mansisset quasi sub modio abscondita.

juxta S. Gregorii consilium, Hom: 11. in Evang: Sit sic
 opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto,
 ut & de bono opere proximis præbeamus exemplum,
 & tamen per intentionem, qua soli Deo placere quari-
 mus, semper optemus secretum; attamen, quia, dicen-
 te Augustino L: 5. de Civ: c. 12. Umbra instar gloria est,
 qua fugientes sequitur, sequentes fugit; Deus eam tã
 recte intentionis Lucernam voluit in altum extollere
 ut non modo opera sanctissima B. Martini lucerent
 sed & persæpe ejus etiam abscondita intentio. Sicque
 primum illum heroicæ charitatis in pauperem ac-
 tum; piissimam que in eò Martini intentionem cla-
 rissime manifestavit mundo Dominus, cum Christus
 ipse parte illa vestis indutus apparuit dicens: Martinus
 catecumenus hac me veste contexit. Patefecit quoque
 Deus Lucernam recte adeo ejus in omnibus intentionis,
 curam illi tradens sui gregis Pastoralem, per quam ze-
 lus ille, quo intus pro Dei gloria ardebat salvandam
 animarum, in mundo universo resplenderet; tandem
 que tam in vita, quàm in morte præclaris eum mira-
 culis illustravit, & in orbe toto clarissimum reddidit.
 Sicque tantum absuit, ut sub modio maneret Lucer-
 na Martinus, ut potius super patentissimam cande-
 labrum posita fuerit à Deo in omnium conspectum,
 edificationem, & admirationem: nam, ut de S. Cypria-
 no loquens Pontius Diaconus dicebat: Magis dignus

efficitur, qui quod meretur excusat, & meriti pre-
rogativa, est honoris repulsa, ut de S. Maximo
Episcopo pronuntiavit Eusebius Emisenus. & Aug:
Hom: 13. ex se prudenter monuit: Honor te quærens de-
bet, non ipsum tu: Mundandus est ergo intentionis
oculus (ut habet vox Dilecti apud Kempens: L. 3. imit: c. 33)
ut sit simplex & rectus, atque ultra omnia varia me-
dia ad me dirigendus, & Joan: Ep: 2. Videate vosmet
ipsos ne perdatis quæ operati estis, sed ut mercedem
plenam accipiatis: Quod ut nobis contingat, Beati
Martinum & invocemus, & imitemur, omnia propter
Deum unice operantes, ut cum
illo usque ad Ephyreum
altollamur. Amen

Die XIII. Novembris
In Festo S. Stanislai Kostkæ Confess:

Thema: Nolite timere Pusillus grex, Luc: 12.

Scopus: S. Stanislaus per pusilla & minima ad
excelsa & maxima pervenit

Videate (dixit Jesus Math: 18.) ne contemnatis unum
ex his pusillis, Licet enim omnis parvitas mundo
sit despecta & odiosa, Deo tamen in multis pergra-
ta perhibetur, qui jam dicit Sinite parvulos venire

Prov: 9. ad me, jam: Siquis est parvulus veniat ad me,

et abscondita revelat parvulis Matth: 11. in canticis vo- 367.
cat Sponsa Dilectum suum fasciculum, non fascem,
ut ex minimis quasi conflatum nobis ostendat: sunt
etenim ut plurimum pretiosiora, etiam creatis oculis,
quæ sunt minima: ut in pluribus ex auro, ebore, mar-
more &c. artefactis, quæ eo plus, & merito demirantur
homines, quò in minori materia perfectius sculpta &
distinctæ sunt omnes objecti representati partes. Sic
quoque in oculis Dei multum placet parvitas illa
humilitatis, quâ quis se omnium existimat minimi,
ut per Samuelem dictum est Sauli: 1. Reg: 15. Nonne cum
parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus israel fac-
tus es? quasi diceret, inquit S. Gregorius in Job: 28.
Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi; sed nunc quia
magnus tibi es, factus es despectus mihi, & addit Tanto
fit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi, & tanto
pretiosior Deo, quanto sibi vilior. Placet Deo pluri-
mum & parvitas paupertatis; qui ad pauperes se
convertit, eos replet bonis, divites dimittens inanes. Pra-
placet tandem maxime parvitas illa, quæ viam
perfectionis ineuntis, regularum vel minimarum obser-
vantiam procurant, & a culpis etiam minimis diligen-
tissime cavent: Atque per hæc minima & tempore
etiam minimo, pervenit Stanislaus noster ad perfectio-
nem maximam, & ad gloriam sine fine duraturam.

Pusillus grex = 1^o pusillus in quantum minima²

368. fugiebat peccata & imperfectiones, quas propter tenuitatem despiciunt homines & saepe nec advertunt. Ante ipsum ingressum in societatem jam usque adeo peccatum abhorruit, ut in re gravi nulla Dei aut Ecclesiae praecepta unquam fuerit transgressus; immo & multo ex illo tunc superabat Religiosos modestia, gravitate & obedientia, qua^{rum} ubique sibi comparvulis exemplum praebebat sive in templo, sive in schola, hospitii, conversationibus, conviviiis &c. At in societatem multis devictis contradictionibus ingressus, jam artem illam perfectionis magnam per parva minuta, & exigua exercere capit omni conatu; ita vel minimas devitans imperfectiones, ut ne unam quidem vel lyncei oculi in eo notare poterint: sciebat enim, quod: Qui spernit modica paulatim decidet, Eccl: 19. & quod teste Bernardo de ord: vite & morum insit: A minimis incipiunt, qui in maxima proruunt. Quid enim (inquit S. Aug. Ep: 108.) interest ad naufragium, utrum uno grandi fluctu navis operiatur, & obruatur; an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta, atque contempta impleat navem, atque submergat? & S. Bonavent: proc: Res: 5: c. 10. Ex minimis guttis multiplicatis inundationes aquarum fiunt, quae etiam magna aliquando menia subruunt, per modicam rimam aqua latenter instrui, donec submergatur;

& sicut parva sepe scintilla magnum excitavit 363.
incendium, ita ex spreto minutis imperfectionibus
magna anima ruina imminet: quare Augustinus
monet: Præcavisti magna: de minimis quid agis?
proiecisti molem, vide ne arenam obruaris, 3.

Nec
solum tanto studio minutissimas vitabat imperfectiones,
sed simili conatu Minimas regulas, ordinationes,
instructiones que servabat: adeo ut, nec Societatis sub-
tilissimam unquam solverit observantiam; mini-
mas captabat occasiones ad profectum, & ut dili-
gentissimus perfectionis sectator, minimarum etiam
mortificationum exercitio vacabat, tam in rebus ex-
ternis, quam in internis; temporum, item Minimo-
rum perfecte occupandorum curam habebat maxi-
mam, perfectionis acquirendæ avidissimus, ac deni-
que eam minimo tempore assecutus est, qui perfectus
effectus 19^o ætatis suæ anno obiit, non expleto primo
adhuc Novitiatus anno, tempore modernis, perfectione
antiquissimus juxta illa verba Sap: 4. ætas senecti-
tis vita immaculata... Raptus est, ne malitia mutaret
intellectum ejus... consummatus in brevi explevit tem-
pora multa: placita enim erat Deo anima illius,
& sanè ex omnium Ascetarum sensu in prædictis mi-
nimis consistit virtus & perfectio, in cavendis scilicet
malis ^{etiam} minimis; & procuranda bonorum etiam minimo-
rum.

370. rum observantia: pro quo sic loquitur Richardus à
S. Vict: explicans verba illa Cant: 5. Pessulum ostii mei
aperui dilecto meo, Replicat sponsa (inquit) quomodo
ut dilecto fruatur minimas negligentias cavere; quæ
offensam ipsius provocare potuerunt, in locutione scilicet
inuhli, vel cogitatione, in commodo corporali, vel liberta-
te vaga, quæ per pessulum, idest seram intelligi possunt
sera enim cum parva sit & angustæ latitudinem ta-
men ostii concludit, ut nisi illa reserata patere non pos-
sit: ita hæc minima nisi rescindantur, non dignatur
dilectus ita venire ad animam, ut perfecte ad eam in-
tret, & perfecta gratiâ eam repleat: parva negligentia
obscurant animam, & impedimentum faciunt amplioris
gratiæ, Aucusque cit: Richardus 9

4. Nolite timere
pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vo-
bis regnum; Sanches Stanislaus per dicta minima
quæ S. Bernardus semina æternitatis vocat, ad gran-
dia & maxima pervenit: quia minimum pro magno
placebat Deo, Ecccl: 29. & ut Plinius dixit L. 11. c. 2. Peri
natura nusquam magis quam in minimis tota est,
& Doctor Angelicus 1. p. q. 22. a. 3. ad 1. omnis (ait)
scientia operativa tanto perfectior est, quanto ma-
gis particularia considerat, in quibus est actus, Per-
venit ergo tempore adeo brevi ad perfectionis apicem,
ad altæ contemplationis gratiam; ad plurima celestia
dona, inter quæ bis ab Angelis S. Eucharistiam sibi

Serm: 14.
ad Cler:

deserri promeruit; & in agone B^e Mariae & S. Barba- 371.
ra; quarum devotissimus cliens fuerat, praesentia re-
creari; ac denique ad Regni~~um~~ calorum gloriam
evolare, ubi supra multa à Deo constitutus est, ut
promiserat Divina Eius munificentiâ, Matth: 25. Euge ser-
ve bone & fidelis, quia super pauca, fuisti fidelis, super mul-
ta te constituam, intra in gaudium Dñi tui; & ut dixerit
Apostolus 2. Cor: 4. Quod in presenti est momentaneum
& leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimita-
te aeternum gloriae pondus operatur in nobis; non enim
respicit Deus quantum, sed ex quanto faciamus pro
ipso: sic Proverb: 31. Laudatur Mulier fortis, dicitur
que misisse manum suam ad fortia: & tamen quae de
illa referuntur minuta sunt, pusilla & minima opera,
ut quod Digni eius apprehenderunt sissum... sindo-
nem fecit, & cingulum tradidit chananeo, &c. & propte-
rea dicitur, quod ridebit in die novissimo; panem otio-
sa non comedit, & divitias aliarum multarum super-
grossa est univ^{er}sa; unde deducere debemus, quam
Deo grata, & nobis fructuosa sit haec minimorum cu-
ra, & ars illa, quam S. Stanislaus nos docuit maxi-
morum acquirendorum per parva & minima: Videam^{us}
ergo, ne unum de pusillis istis contempnamus; Matth: 23.
sed sedulo conemur Sanctum istum parvulum imitari,
cum Christus ipse dixerit Matth: 18. Amen dico vobis
nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli,

372. non intrabitis in Regnum cælorum: Quicumque
ergo humiliaverit se sicut parvulus iste,
hic est major in regno Cælorum)

[Faint, illegible handwriting, possibly a signature or scribble]

Appendix

Pro quibusdam Concionibus extraordinariis pro temporum, Locorum, aut circumstantiarum exigentia habendis

Cum in hoc maximè concionandi genere magnū subsit periculum, plus aequo vanitatis, ac verborum adulationibus indulgendi; mihi utile me facturum iudicavi, si ex piis quibusdam Concionatoribus quædam hic adnotarem, ut has quoque concionandi materias ad sensum reducerem moralem, si auribus non adeo gratum, animis tamen longe utiliores; & ministro Apostolico accommodatiores, quò puram veritatem in ea quæ Veritatis est Cathedra clarius proponendam suscipiamus. Sola brevissime insinuabo Thematà, & ex his probandas propositiones, ad quorum amplificationem satis videntur, quæ per opusculum istud deditur dispersa, quæque ope iudicium reperire non erit difficile

Pro Die vel Anniversario
Dedicationis Ecclesie

Thema: *Ait Jesus: hodie salus domui huic facta est.*
(Luc: 19.)

374. *Scopus: Quanta sit Dei dignatio habitare cum hominibus? & quantam inde debemus Deo gratitudinem & in templis reverentiam*

Pro quibus in indice verborum 7.^{ae} partis quære Verba: Gratiitudo, Eucharistia, Cultus Divinus, Templum, Reverentia in templo &c

In Insulationibus Præsulum

Thema: Videte, Vigilate, & Orate - Marci 13.

Scopus: Tria munera boni Pastoris sunt: Videre, vigilare, & orare super sibi commissum gregem

Vide in 1.^a parte, & accommoda, quæ dicta sunt super illa verba Ego sum pastor bonus, Dominicâ 2.^a post Paschæ. & quod præmonet Salomon dicens: Diligenter agnosce vultum pecoris tui, & similia, quibus iis qui præsumt, modum gubernandi edoceantur, sive iudices sive Patres-familias, & quicumque curam aliorum habentes

In coronatione Regum

Thema: Nec quisquam sumit sibi honorem sed qui vocatur a Deo - Hebr: Sapite 5.

Scopus: Omnis dignitas & magnitudo à Deo est, illi que proinde referenda

Poterit etiam hic de mundi & mundanorum vanitate tractari, & illud Psalmi 2. sæpius inculcari: & nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram, & nunc vultu Dño in timore, & exultate ei cum tremore &

illud: Cui multum datum est multum quæretur ab eo, 378.
Vide concionem ad illa verba: Redde rationem villica-
tionis hie; Dom: 8. post Pentec: ~

In Publicis Deprecationibus
pro quacumque Necessitate ~

Thema: Habete fidem Dei: Marci 11.

Scopus: Adhortari ad fiduciam in Deum & contri-
tionem ac penitentiam peccatorum

Tempore Belli, Famis &c

Thema: Hæc autem omnia initia sunt dolorum
Matth: 24.

Scopus: Si tanta videntur quæ hic patimur; quæ
male viventes supplicia expectant?

Inducenda ergo est patientia in satisfactionem pro
peccatis nostris; memoria novissimorum, ut deinceps nõ
peccemus; & penitentia salutaris opera ut Deum
placemus iuste contra nos iratum ~

In Die Obiitûs concione
honoraria celebrando ~

Thema: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit,
vivet: Ioan: 11.

Scopus: Quomodo mors iusti & mors impii differant.
ubi de brevitæ vitæ; mundi vanitate &
contemptu

ubi etiam non prohibemus, si obierit vir aliquis

379. qui laudari mereatur & possit; aliqua de illo dicere encomia, quae ad Auctorem Deum laudandum, & eorundem imitationem excitare possent Auditores, cavendum tamen plurimum in exequiis Virorum praecipue sanctitate & aliquibus prodigiis illustrium, ne excedantur justis illi limites ab Urbano VIII Pontifice Maximo prescripti.

In Anniversario alicujus Defuncti
Thema: Omne quod dat mihi Pater ad me veniet
(Joan: 6.)

Scopus: Quomodo omnes ante Christum iudicem presentandi sumus tam in particulari quam in generali iudicio.

Ubi iudicii illius Examen & sententia perpendenda sunt, & quomodo ibi nulla personarum acceptio, sed solius virtutis aestimatio, & si quid laudandum erit, fiat supra dicta moderatione.

Pro gratiarum actione
pro quocumque beneficio à
Deo recepto.

Thema: Haec locutus sum vobis, ut reminiscimini. Joan: 16.

Scopus De gratitudine pro beneficiis à Deo acceptis.

Gratitudo cordis, oris, & operis à nobis exigitur, ut scilicet internos grati animi motus sentientes, Dei benedictionem

publicemus; atque opera nostra acceptis congruant^{377.}
beneficiis & Hæc satis videtur insinuasse pro
presentis instituti ratione, ubi præcise inten-
debamus brevi calamo adnotare, quæ ad
conciones repente habendas nobis pos-
sent deservire. Cedant omnia
ad Majorem Dei gloriam,
Deiparæ, & Sanctorum
omnium honorem, ac
proximorum utili-
tatem ad grati-
am & Gloriã
consequen-
dam



FINIS



INDEX FESTORUM huius secundæ Partis

Festa B. MARIE. V.

Conceptio. 8. Decembris	- - - - -	Pagina 17.
Nativitas. 8. Septemb:	- - - - -	5.
Nomen MARIA. Dom: infra oct: Nativ:	- - - - -	9.
Presentatio. 21. Novembr:	- - - - -	13.
Desponsatio. 23. Januarii.	- - - - -	19.
Annuntiatio. 25. Martii	- - - - -	23.
Visitatio. 2. Julii	- - - - -	29.
Expectatio. 18. Decemb:	- - - - -	34.
Purificatio. 2. Februarii	- - - - -	38.
Dolores. Feria 6. post Dom: Passionis	- - - - -	45.
Assumptio. 15. Augusti	- - - - -	51.
Rosarium. Domin: 1. Octobris	- - - - -	60.
Cultus. Quavis die	- - - - -	64.
Patrocinium. aliqua Sñica Novembris	- - - - -	73.
(Exempla Mariana	- - - - -	80.

Festa Sanctorum

S. Andrea Apostoli 30. Novembris	- - - - -	103.
December -		
Die 3. S. Franc: Xaverii Confessoris	- - - - -	107.
6. S. Nicolai Episc: & Confes:	- - - - -	115.
21. S. Thomæ Apostoli	- - - - -	121.

26. S. Stephani Protomart: - - - - - 126.
 27. S. Joannis Apost: & Evang: - - - - - 130.
 Januarius.

31. S. Petri Nolasci Confess: - - - - - 136.
 2 Februarus

24. vel 25. S. Matthie Apostoli - - - - - 140.
 Martius

19. S. Joseph Confessoris - - - - - 143.
 21. S. Benedicti Abbatis - - - - - 149.
 Aprilis.

2. S. Francischi de Paula Conf: - - - - - 156.
 25. S. Marci Evangelista - - - - - 162.
 Majus

1. SS. Philippi & Jacobi Apostolor: - - - - - 165.
 3. Inventionis S. Crucis - - - - - 169.

26. S. Philippi Nerii Conf: - - - - - 174.
 Junius

6. S. Norberti Episc: & Conf: - - - - - 179.
 11. S. Barnabae Apostoli - - - - - 183.

17. S. Antonii de Padua Conf: - - - - - 188.
 21. S. Aloysii Gonzage Conf: - - - - - 193.

24. Nativitatis S. Joannis Bapt: - - - - - 199.
 29. SS. Petri & Pauli Apostolor: - - - - - 206.

30. Commemorat: S. Pauli Apost: - - - - - 212.
 Julius

22. S. Marice Magdalene - - - - - 219.

25. S. Jacobi Apostoli	226.
26. S. Annæ Matris B.M.V.	231.
31. S. Ignatii de Loyola Conf:	236.

Augustus

4. S. Dominici Confess:	247.
10. S. Laurentii Martyris	253.
20. S. Bernardi Abbatis	259.
24. S. Bartholomæi Apost:	266.
25. S. Ludovici Confessoris	271.
28. S. Augustini Episc: Conf: & Eccl: Doct:	277.
30. S. Rosæ Virginis Limanæ	284.

September.

14. Exaltationis S. Crucis	291.
21. S. Matthæi Apost: & Evang:	297.
29. S. Michaelis Archangeli	303.
30. S. Hieronimi Præsbyteri, Conf: & Doct:	309.

October

2. SS. Angelorum Custodum	316.
4. S. Francisci Assisii Conf:	324.
6. S. Brunonis Conf:	331.
10. S. Francisci Borgia Conf:	336.
15. S. Theresia Virg:	341.
28. SS. Simonis & Judæ Apostolorum	346.

November

1. SS. Omnium	350.
11. S. Martini Episc: & Conf:	360.
13. S. Stanislai Kostka Conf:	366.
≈ Appendix	373.

Pro Communi Sanctorum, ex appositis facile poterit aliquid accommodari, iuxta ritum, ordinem, & vitam cujusvis occurrentis

Indiculus

Textuum, quos ex S. Evangelio assumpsimus in Conciuncularum Themata pro Dominicis & Festis

Prior numerus denotat Partem primam vel secundam; reliqui paginam indicant

Ex S. Matthæo.

- Cap: I. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. - - - - - 1 = 8.
- Mariae, de qua natus est Jesus. 2 = 1. 5.
- Cum esset Desponsata Mater ejus Maria Joseph - - - - - 2 = 19. 143.
- II. Obtulerunt ei aurum, thus & myrrham - - - - - 1 = 26.
- IV. & cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus - - - - - 1 = 51.
- illi statim relictis rebus secuti sunt eum 2 = 103.
- V. Qui irascitur fratri suo reus est judiciõ. 1 = 155.
- vos estis sal terræ - - - - - 2 = 277.
- Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno celorum - - - - - 2 = 309.

- Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. - - - - - 2 = 386.
- VI.** Cum jejunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. - - - - - 1 = 48.
- Non potestis Deo servire & mammonæ. 1 = 207.
- VII.** Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in Regnum cælorum. 1 = 168.
- VIII.** Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium - - - - - 1 = 32.
- Quid timidi estis modicæ fidei? - - - - - 1 = 35.
- IX.** Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? 1 = 231.
- & ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur. - - - - - 1 = 259.
- Jesus ait illi: sequere me; & surgens secutus est eum - - - - - 2 = 297.
- X.** Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ - - - - - 2 = 183.
- Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit - - - - - 2 = 212.
- XI.** Quædam mulier de turbæ dixit illi: beatus venter qui te portavit - - - - - 2 = 60.
- Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. - - - - - 2 = 140. 324.
- XII.** Cum crevisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania - - - - - 1 = 37.
- Simile est Regnum Cælorum grano Sinapis, quod minimum est omnibus seminibus - - - 1 = 39.
- Simile est Regnum Cælorum thesauro abscondito in agro - - - - - 2 = 234.
- XVI.** Tibi dabo claves Regni cælorum - - - - - 2 = 206.

XVII. Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite. --- 1 = 54.

XVIII. Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unus quisque fratri suo de cordibus vestris --- 1 = 249.

Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cælis est --- 2 = 303. 316.

XIX. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te --- 2 = 149. 336.

Et omnis qui reliquerit &c. Centuplum accipiet --- 2 = 259.

XX. Quid hic statis tota die otiosi? --- 1 = 42.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? dicunt ei: possumus. --- 2 = 226.

XXI. Turba autem clamabant dicentes: Hosanna filio David &c. --- 1 = 64.

XXII. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo --- 1 = 225.

Mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. --- 1 = 236.

Quid me tentatis hypocritæ? --- 1 = 254.

XXIII. Jerusalem, Jerusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. 2 = 126.

XXIV. Qui legit, intelligat. --- 1 = 265.

Hæc autem omnia initia sunt dolorum --- 2 = 375.

XXV. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratu sum. --- 2 = 115.

Euge serve bone & fidelis --- 2 = 179.

Quæ parata erant intraverunt cum eo ad nuptias --- 2 = 284.

- Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis
cum lampadibus --- 2 = 341.
- XXVIII.** Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii
& Spiritus Sancti. --- 1 = 127.

Ex S. Marco

- Cap: VII.** Bene omnia fecit: & surdos fecit audire,
& mutos loqui --- 1 = 193.
- VIII.** Misereor super turbam, quia ecce jam triennis
sustinent me, nec habent quod mandu-
cent. --- 1 = 167.
- XI.** Habete fidem Dei --- 2 = 375.
- XIII.** Videbe, vigilate, & orate --- 2 = 374.
- XVI.** Surrexit, non est hic. --- 1 = 82.
- Recumbentibus undecim Discipulis, apparuit
illis Jesus: & postquam locutus est eis, as-
sumptus est in Cælum. --- 1 = 102. 106.
- Euntes in mundum universum, prædicate
Evangelium omni creaturæ. 2 = 107.

Ex S. Lucâ

- Cap: I.** & nomen Virginis MARIA --- 2 = 9.
- & ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gra-
tia plena --- 2 = 23.
- Quod ex te nascetur sanctum vocabitur
Filius Dei --- 2 = 34.
- Exurgens Maria abiit cum festinatione in
Civitatem Juda --- & salutavit Elizabeth.
- 2 = 29.
- Joannes est nomen ejus --- 2 = 199.
- II.** Ecce evangelizo vobis gaudium magnum. 1 = 14.

- Invenietis infantem positum in præsepio. 1 = 16.
 Etce positus est hic in ruinam & resurrectionem
 multorum. --- 1 = 19.
 Postquam consummati sunt dies octo, ut circum-
 cideretur puer --- 1 = 22.
 & vocatum est nomen ejus **JESUS**. --- 1 = 24.
 & erat subditus illis --- 1 = 27.
 Postquam impleti sunt dies Purgationis Mariæ
 secundum legem Moysi, tulerunt Jesum ut
 sisterent eum Domino --- 2 = 38.
III. Parate viam Domini; rectas facite semitas
 ejus --- 1 = 12.
V. Per totam noctem laborantes nihil cœpimus:
 in verbo autem tuo laxabo rete. --- 1 = 150.
VI. Nolite judicare, & non judicabimini. 1 = 123.
 Elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos
 nominavit --- 2 = 266.
VII. Etce defunctus efferebatur filius unicus
 matri suæ --- 1 = 215.
 Remittuntur ei peccata multa, quoniam
 dilexit multum --- 2 = 219.
VIII. Exiit qui seminat seminare semen suum, &
 cecidit supra petram --- 1 = 43.
X. Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho,
 & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt
 eum, & plagis impositis abierunt semivivo re-
 licto --- 1 = 196.
 Mariæ optimam partem elegit --- 2 = 51.
 Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. 2 = 162.

- Curate infirmos: & dicite illis: appropinquavit
in vos Regnum Dei. --- 2 = 236.
- XI.** Omne Regnum in seipsum divisum desolabitur. --- 1 = 57.
Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt
illud --- 2 = 13.
Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus
tuum lucidum erit --- 2 = 360.
- XII.** Fugite vobis thesaurum non deficientem in
cælis --- 2 = 136.
Nolite timere pusillus grex --- 2 = 156. 366.
Sint Lumina vestri præcincti --- 2 = 193.
& Lucernæ ardentes in manibus vestris. 2 = 174. 247.
& vos similes hominibus expectantibus dominum
suum --- 2 = 331.
Si sciret Pater-familias...vigilaret utique. 2 = 188.
- XIV.** Nemo virorum illorum gustabit Cenam me-
am --- 1 = 138.
Cum introisset Jesus in domum cujusdam Princi-
pis Phariseorum manducare panem. 1 = 221.
- XV.** & murmurabant Pharisei & Scribæ --- 1 = 145.
- XVI.** Redde rationem villicationis tuæ --- 1 = 174.
- XVII.** Cum ingrederetur occurrerunt ei decem viri
leprosi --- 1 = 200.
- XVIII.** Cæcus quidam Dixit: Domine ut videam.
--- 1 = 48.
Omnis qui se exaltat humiliabitur; & qui se
humiliat exaltabitur --- 1 = 183.
- XIX.** Domus mea domus orationis est: vos autem
fecistis illam speluncam latronum. 1 = 179.
Nolumus hunc regnare super nos. 2 = 271.

Ait Jesus: Hodie salus domui huic facta
est ----- 2 = 373.

XXI. Erunt signa in sole, & luna, & stellis: & in ter-
ris pressura gentium ----- 1 = 5.

Ex S. Joanne

Cap: I. & confessus est, & non negavit, & confessus est:
quia non sum ego Christus. ----- 1 = 10.

II. Dicit Mater Jesu ad eum: vinum non habent. 1 = 30.

III. Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre
Regnum Dei. ----- 2 = 169.

IV. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.
----- 1 = 244.

VI. Colligite quae superaverunt fragmenta, ne pe-
reant ----- 1 = 59.

Hic est panis, qui de caelo descendit ----- 1 = 131.
Omne quod dat mihi Pater ad me veniet.
----- 2 = 376.

VIII. Si quis sermonem meum servaverit, non gusta-
bit mortem in aeternum. ----- 1 = 62.

X. Ego sum Pastor bonus ----- 1 = 87.

XI. Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vi-
vet ----- 2 = 375.


XII. Si autem mortuum fuerit, multum fructum
affert ----- 2 = 253.

Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.
----- 2 = 291.

XIII. Si ego lavi pedes vestros Dominus & Magister;
& vos debetis alter alterius lavare pedes.
----- 1 = 67.


XIV. Pacem meam do vobis: non quo modo mundus


- 388 dat ego do vobis - - - - - 1=115.
 Non turbetur cor vestrum - - - - - 2=165.
XV. Quia de mundo non estis --- propterea odit
 vos mundus - - - - - 2=346.
XVI. Tristitia vestra vertetur in gaudium. 1=91.
 Si ego non abiero, Paracletus non veniet
 ad vos - - - - - 1=95.
 Petite, & accipietis - - - - - 1=99.
 Hæc locutus sum vobis, ut non scandali-
 z mini - - - - - 1=110.
 Hæc locutus sum vobis --- ut reminiscamini.
 - - - - - 2=376.
XIX. Stabat autem juxta Crucem Jesu Mater
 ejus - - - - - 2=45.
XX. Gavisi sunt Discipuli viso Domino -- 1=84.
 Jesus dicit Thomæ: noli esse incredulus, sed
 fidelis - - - - - 2=121.
XXI. Conversus Petrus vidit illum Discipulum, quem
 diligebat Jesus - - - - - 2=130.

 *Indicem Verborum non apponimus huic parti, ne
 Ipso opere majorem indicem efformare cogeremur;
 cum enim hic tot res in compendio agglomera-
 verimus; in qualibet ferè linea, novum
 quid sæpe attingimus: Quare posi-
 tos indices judicamus sufficere
 ad omnia quæ occurrere
 possunt reperiunda*













No.

Caja

C-49